



BIBLIOTECA
COMUNALE
DI TRENTO



UNIVERSITÀ DEGLI STUDI
DI TRENTO
Dipartimento di Lettere e Filosofia



FONDAZIONE
CARITRO
CASSA DI RISPARMIO DI TRENTO E ROVERETO

TRENTO (DIOCESI), *Officia propria sancti Vigili episcopi, et b. Simonis innocent. mart. ac sanctae Maxentiae viduae, ab omnibus ecclesiasticis in Tridentina dioecesi statutis diebus recitanda et ad commodiorem usum cum psalmis congesta*, Trento, Giovanni Maria Gelmini, 1619.

Esemplare digitalizzato:

Trento, Biblioteca comunale, T I-op d 480

LINK: <https://bdt.bibcom.trento.it/107>

[BDT – BIBLIOTECA DIGITALE TARENTINA](#)

progetto STABAT – *Stampe antiche Biblioteca comunale di Trento*



COMUNE DI TRENTO



STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* è un progetto concluso, cofinanziato dalla Fondazione Caritro (“Bando Archivi 2014”), dalla Biblioteca comunale di Trento e dal Dipartimento di Lettere e Filosofia dell’Università di Trento; gli altri partner del progetto sono la Soprintendenza per i beni storico-artistici, librari e archivistici della Provincia Autonoma di Trento e l’University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All’interno di Stabat sono state digitalizzate e descritte tutte le edizioni stampate in Trentino nei secoli XV-XVII che si conservano presso la Biblioteca e l’Archivio storico del Comune di Trento. Ogni digitalizzazione è accompagnata da una descrizione della stampa; tutto il materiale è liberamente consultabile sulla *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

In questo file le immagini hanno avuto in trattamento OCR e pertanto si possono fare ricerche testuali; le immagini presenti sul sito, dove si può trovare una descrizione completa dell’edizione, hanno invece una qualità maggiore.

Le immagini presenti nella *Biblioteca Digitale Trentina* sono rilasciate con licenza di Pubblico dominio, il presente PDF è distribuito con licenza Creative Commons Attribuzione – Non commerciale – Non opere derivate 3.0.

STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* is a project that was successfully concluded thanks to the support of a group of partners, namely the Caritro Foundation (“Bando Archivi 2014”), Trent Civic Library, the Department of Humanities of the University of Trento, as well as the Superintendence for Architectural, Landscape, Historical, Artistic and Ethno-anthropological Heritage for the Province of Trento and the University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All the editions belonging to the Library and the Civic Historical Archive that were printed in Trentino during the XV-XVII centuries have been digitised and described. As a result, each digital copy is accompanied by a record with specific data regarding the printed book, and is freely available to be consulted on *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

The images belonging to this file are OCR-converted, hence the text of this edition can be electronically searched. The images available on the website, on the contrary, have a higher resolution and are accompanied by a complete description of the edition.

The images available on the *Biblioteca Digitale Trentina* are public domain files; this PDF is available under the Creative Commons Attribution – Non-commercial – No Derivative Works 3.0 License.



Misc. T. d. 875.

acti 023 Agosto 1784

BIBLIOTECA COMUNALE
TRENTO



ex libris



K 3427433

D 197831

Stca

T I-op d 480

3 200

OFFICIUM PROPRIVM BEATI VIGILII, EPISCOPI TRIDENTINI, MARTIRIS GLORIOSISSIMI.

IN PRIMIS VESPERIS.

Antiphona.

Sanctus Vigilus, vigil sacerdos,
dies, & noctes ad Christi ouile
vigilauit, nec inde lupos expellere
cessauit.

Psalmus.

Dixit dominus domino meo: se-
de à dextris meis.

Donec ponam inimicos tuos: scabel-
lum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuæ emittet domi-
nus ex Sion: dominare in medio ini-
micorum tuorum.

Tecum principium in die virtutis
tuæ: in splendoribus sanctorum, ex-
vtero ante laciferum genui te.

Iurauit dominus, & non penitebit
eum: tu es sacerdos in æternum se-
cundum ordinem Melchisedech.

Dominus à dextris tuis, confregit
in die iræ suæ reges.

Iudicabit in nationibus implebit
ruinas: conquassabit capita in terra
multorum.

De torrente in via bibit: propterea
exaltauit caput.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiphona.

Sanctus Vigilus, vigil sacerdos,
dies & noctes ad Christi ouile vigila-
uit, nec inde lupos expellere cessauit

Antiphona.

Beatus Vigilus confessus est no-
men domini Iesu Christi: & pro illo
mori non dubitauit.

Psalmus.

Confitebor tibi domine in toto
corde meo: in consilio iustorum,
& congregatione.

Magna opera domini: exquisita in
omnes voluntates eius.

Côfessio, & magnificentia opus eius:
& iustitia eius manet in sæculu sæculi.
Memoriam fecit mirabilium suorū,
misericors, & miserator dominus:
escam dedit timentibus se.

Memor erit in sæculum testamenti
sui: virtutem operum suorum annū-
ciabit populo suo.

A 2

Vt



Officium proprium

Vt det illis hereditatem gentium :
opera manuum eius veritas, & iudicium.
Fidelia omnia mandata eius, confirma-
mata in seculum seculi : facta in ve-
ritate, & æquitate.

Redemptionem misit dominus popu-
lo suo : mandauit in æternum testamē-
tum suum.

Sanctum, & terribile nomen eius :
initium sapientiæ est timor domini.
Intellectus bonus omnibus faciēti-
bus eum : laudatio eius manet in se-
culum seculi.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiphona.

Beatus Vigilus confessus est no-
men domini Iesu Christi : & pro illo
morinon dubitauit.

Antiphona.

In memoria æterna erit iustus Vi-
gilius : quoniam dominum fidelis mi-
nister secutus est.

Psalmus.

Beatus vir qui timet dominum :
in mandatis eius volet nimis.

Potens in terra erit semen eius : ge-
neratio rectorum benedicetur.

Gloria, & diuitiæ in domo eius : &
iustitia eius manet in seculum seculi.

Exortum est in tenebris lumē rectis :
misericors & miserator, & iustus.

Iocundus homo, qui miseretur, & cō-
modat, disponet sermones suos in iu-
dicio : quia in æternum non commo-
uebitur.

In memoria æterna erit iustus : ab
auditione mala non timebit.

Paratum cor eius sperare in domino,
confirmatum est cor eius : nō commoue-
bitur donec despiciat inimicos suos.

Dispersit dedit pauperibus, iustitia
eius manet in seculum seculi : cor-
nu eius exaltabitur in gloria.

Peccator videbit, & irascetur, den-
tibus suis fremet, & tabescet : desi-
derium peccatorum peribit.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiphona.

In memoria æterna erit iustus Vi-
gilius : quoniam dominum fidelis mi-
nister secutus est.

Antiphona.

Honorificauit eum Deus : & col-
locauit eum principibus populi sui.

Psalmus.

Laudate pueri dominum : lauda-
te nomen domini.

Sit nomen domini benedictum : ex
hoc nunc, & vsque in seculum.

A solis ortu, vsque ad occasum : lau-
dabile nomen domini.

Excelsus super omnes gentes domi-
nus : & super cælos gloria eius.

Quis sicut dominus deus noster, qui
in altis habitat : & humilia respicit
in cælo, & in terra.

Suscitans a terra inopem : & de stercore
erigens pauperem.

Vt collocet eum cum principibus :
cum principibus populi sui.

Qui habitare facit sterilem in domo :
matrem filiorum lætantem.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiphona.

Honorificauit eum Deus : & collo-
cauit eum principibus populi sui.

Antiphona.

Gratias tibi ago Christe : quia me
dignum fecisti : vt quod diu deside-
raui, iam inuenirem.

Psalmus.

Psalmus.

Laudate Dominum omnes gentes: laudate eum omnes populi. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: & veritas domini manet in aeternum.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiphona.

Gratias tibi ago Christe: quia me dignum fecisti: vt quod diu desideravi, iam inuenirem.

Capitulum.

In diebus iusti manauerunt putei aquarum, & quasi mare adimpleti sunt supra modum.

R. Deo gratias.

Hymnus.

Quem tuus digne tibi grex honorem.

Luce per soluet bone pastor alma,

Luce, quæ sancte recolenda nobis.

Gaudia reddit?

Hac die fulgens tibi porta cæli

Panditur, dū nec lapidū nefādu

Ille te numbus, neq; mortis atra.

Terrēt imago.

Tu quidem verbo, angelicaque vita;

Traxeras mortis populos ab vni-

Sed tuo firmasti hodie salutē. (bra

Sanguine nobis.

Tu tuos & nunc miseratus audi:

Heu vide, quæ nos feriāt procellæ,

Quæ premāt culpæ: veniā precare.

Et tege fessos.

Præstet hoc nobis deitas beata,

Patris, ac nati, pariterque sancti;

Spiritus, cuius canitur per omne.

Gloria factum. Amen.

V. Ora pro nobis beate Vigili.

R. Vt digni efficiamur promissioni-

bis Christi.

Ad Magnificat, Antiphona.

O præclarum martyrem cuius doctrina, & meritis populus Tridentinus fidem sanctissime Trinitatis suscepit.

Canticum beatae Mariae Virginis.

Magnificat anima mea dominum.

Et exultauit spiritus meus: in deo salutari meo.

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Quia fecit mihi magna, qui potens est: & sanctum nomen eius.

Et misericordia eius a progenie in progenies: timentibus eum.

Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui.

Deposuit potentes de sede: & exaltauit humiles.

Esurientes impleuit bonis: & diuites dimisit inanes.

Susccepit Israel puerum suum: recordatus misericordiæ suæ.

Sicut locutus est ad patres nostros: Abraham, & semini eius in sæcula.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiphona.

O præclarum martirem, cuius doctrina, & meritis populus Tridentinus fidem sanctissimæ Trinitatis suscepit.

Oratio.

Deus qui hunc diem nobis Beati Vigiliij martyris tui, atque pontificis sanguine consecrasti, da quæsumus: vt eius meritis ab omnibus semper aduersis defensi aeternæ vitæ

præmia consequamur. Per Dominū.
In primis vesp̄is, nulla sit commemoratio nisi de dominica si occurrat.

Ad Matutinum Inuitatorium.

Regem martyrum dominum, qui
 beatum Vigilium supernis hodie so-
 tiauit choris. Venite adoremus.

Psalmus.

Venite exultemus domino, iubi-
 lemus Deo salutari nostro: pre-
 occupemus faciem eius in cōfessio-
 ne, & in psalmis iubilemus ei.

Regem martirum.

Quoniam Deus magnus dñs, & rex
 magnus super omnes deos: quoniā
 non repellit dominus plebem suam;
 quia in manu eius sunt omnes fines
 terræ, & altitudines montium ipse
 conspicit. Venite adoremus.

Quoniam ipse est mare, & ipse fe-
 cit illud, & aridam fundauerunt ma-
 nus eius: venite, adoremus, & pro-
 eidamus ante deum, ploremus corā
 domino, qui fecit nos, quia ipse est
 dominus Deus noster: nos autē po-
 pulus eius, & ones pascuæ eius.

Regem martyrum.

Hodie si vocem eius audieritis, no-
 lite obdurare corda vestra: sicut in
 exacerbatione secundum diem ten-
 tationis in deserto: vbi tentauerunt
 me patres vestri, probauerunt, & vi-
 derunt opera mea.

Venite adoremus.

Quadraginta annis proximus sui ge-
 nerationi huic, & dixi, semper hi er-
 rant corde: ipsi vero non cognoue-
 runt vias meas, quibus iuravi in ira
 mea, si introibunt in requiem meam.

Regem martyrum.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Venite adoremus.

Regem martyrum.

Venite adoremus.

Hymnus.

In nocte martyr, supplices

Te deprecamur, annua

Benignus atq; prosperus

Sume tuorum munera.

Si nullus olim te labor,

Nec dura mors deterruit;

Dum creditas oues tibi

Lupo eripis teterrimo;

Tu nunc, adepta laurea,

Dulciq; lætus patria,

Quanto tuum libentius

Fidum gregem tutaberis?

Deo Patri sit gloria,

Eiusq; soli filio,

Cum spiritu paracrito

Nunc & per omne sæculū. Amen.

In primo nocturno. Antiphona.

Beatus Vigilius verbi diuini pabu-
 lum, in lucrum animarum indefinē-
 ter distribuit.

Psalmus.

Beatus vir qui non abiit in confi-
 lio impiorum: & in via pecca-
 torum non stetit, & in cathedra pe-
 stilentie non sedit.

Sed in lege domini voluntas eius: &
 in lege ei⁹ meditabitur die ac nocte.

Et erit tanquam lignum quod plan-
 tatum est fecus decursus aquarum:

quod fructum suum dabit in tempo-
 re suo.

Et folium eius non defluet: & omnia
 quæcunq; faciet prosperabuntur.

Non sic impij non sic: sed tanquam
 puluis quem proijcit ventus a facie

terra.

terra.

Ideo non resurgunt impij in iudicio: neque peccatores in consilio iustorum. Quoniam nouit dominus viam iustorum: & iter impiorum peribit.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiphona.

Beatus Vigilus verbi diuini pabulum, in lucrum animarum indefinenter distribuit.

Antiphona.

Cæcos, & mutos, atque a dæmonibus obsessos crucis signo statim liberauit.

Psalms.

QVare fremuerunt gentes: & populi meditati sunt inania?

Aliterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum: aduersus dominum, & aduersus christianum eius. Dirupamus vincula eorum: & proiciamus a nobis iugum ipsorum.

Qui habitat in cælis iridebit eos: & dominus sub sannabit eos.

Tunc loquetur ad eos in ira sua: & in furore suo conturbati eos.

Ego autem constitutus sum rex ab eo, super syon motem sanctum eius: prædicans præceptum eius.

Dominus dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te.

Postula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam: & possessionem tuam terminos terræ.

Reges eos in terra ferrea: & tanquam vas figuli confringes eos.

Et nunc reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram.

Seruite domino in timore: & exaltate ei cum tremore.

Apprehendite disciplinam ne quando irascatur dominus: & pereatis de via iusta.

Cum exarserit in breui ira eius: beati omnes qui confidunt in eo.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiphona.

Cæcos, & mutos, atque a dæmonibus obsessos crucis signo statim liberauit.

Antiphona.

O quam multos ab immolationibus impijs ad puritatem christianæ fidei perduxit.

Psalms.

Domine quid multiplicati sunt, qui tribulant me: multi insurgunt aduersum me.

Multi dicunt animæ meæ: non est salus ipsi in deo eius.

Tu autem domine susceptor meus es: gloria mea, & exaltans caput meum.

Voce mea ad dominum clamavi: & exaudiuit me de monte sancto suo.

Ego dormiui, & soporatus sum: & exurrexi quia dominus suscepit me.

Non timebo milia populi circumdantis me: exurge domine saluum me fac deus meus.

Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa: dentes peccatorum contriuisisti.

Domini est salus: & super populum tuum benedictio tua.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiphona.

O quam multos ab immolationibus impijs ad puritatem christianæ fidei perduxit.

Ÿ. Gloria, & honore coronasti eum domine.

℞. Et constituisti eum super opera manum tuarum.

Pater noster. Exaudi domine. Iube dñe. Benedictione perpetua.

De Actibus Apostolorum.

Lectio prima.



MILETO Paulus mitens Ephesum, vocauit maiores natu Ecclesie: qui cum venissent ad eum, & simul essent: dixit eis.

Vos scitis a prima die qua ingressus sum in Asiam, qualiter vobiscum per omne tempus fuerim seruiens Domino cum omni humilitate, & lachrymis, & tentationibus: quæ mihi acciderunt ex insidijs Iudæorum: quomodo nihil subtraxerim vtilium, quominus annunciarer vobis, & docerem vos publicæ, & per domos testificans Iudeis atque gentibus in Deum penitentiam, & fidem in dominum nostrum Iesum Christum. Et nunc ecce ego alligatus spiritu vado in Ierusalem, quæ in ea ventura sint mihi ignorans, nisi quod spiritus sanctus per omnes ciuitates mihi protestatur, dicens: quoniam vincula & tribulationes Ierosolymis me manent: sed nihil horum vereor, nec facio animam meam preciosiores quam me, dummodo consummem cursum meum, & ministerium verbi quod accepi a domino Iesu, testificari euangelium gratiæ dei.

g. Sanctus Vigilij, summa eruditione a Deo donatus, inuenta diaboli longe lateque demolitus est. Et

cum martyrij palma ad cælestia regna peruenit.

Ÿ. Gratia & virtute superna solidatus, vicit mundum. Et cum martyrij. Iube domine. Vnigenitus Dei.

Lectio Secunda.

ET nunc ecce ego scio, quia amplius non videbitis faciem meam vos omnes, per quos transui prædicans regnum Dei. Quapropter cōtestor vos hodierna die, quia mundus sum a sanguine omnium. Non enim subterfugi, quominus annunciarer omne consilium dei vobis. Attendite vobis, & vniuerso gregi: in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos regere Ecclesiam Dei, quæ acquisiuit sanguine suo. Ego scio quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcetes gregi: & ex vobis ipsis exurgent viri loquentes peruersa, vt abducant discipulos post se. Propter quod vigilate, memoria retinentes, quoniam per trienium nocte, & die non cessavi cum lacrymis monens vnumquemque vestrum.

℞. Magnus Christi sacerdos, Vigilij nouale Dominicum egregie coluit, & amplificauit. Et ideo floreat in æternum ante Deum.

Ÿ. Ille est qui pro euangelij prædicatione contempsit vitam mundi. Et ideo. Iube domine.

Spiritus sancti gratia.

Lectio tertia.

ET nunc commendo vos Deo, & verbo gratiæ ipsius, qui potens est aedificare, & dare hereditatem in sanctificatis omnibus. Argentum

Officium proprium

9

tum, & aurum, aut vestem nullius concupiui, sicut ipsi scitis: quoniam ad ea quæ mihi opus erant, & his qui mecum sunt, ministrauerunt manus istæ. Omnia ostendi vobis, quoniam sic laborantes oportet suscipere infirmos, ac meminisse verbi domini Iesu, quoniam ipse dixit. Beatus est magis dare, quam accipere. Et cum hæc dixisset, positis genibus suis orauit cum omnibus illis. Magnus autem fletus factus est omnium: & proeumbentes super collum Pauli osculabantur eum, dolentes maxime in verbo quod dixerat, quoniam amplius faciem eius non essent visuri: & deducebant eum ad nauem.

R. Hic totus ad superna conuersus, beatitudinem illic quaesuit, & inuenit.

Fundatus enim erat supra firmam petram.

V. Voluptates omnes, & terrena omnia, vti res vilissimas, contempsit. Fundatus enim.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Fundatus enim erat supra firmam petram.

In secundo Nocturno. Antiphona.

Diuina præuentus gratia, prædicationem suam vita integerima, & signorum efficaciam confirmabat.

Psalmus.

CUm invocarem exaudiuit me Deus iustitiæ meæ: in tribulatione dilatasti mihi.

Miserere mei: & exaudi orationem meam.

Filij hominum vsquequo graui corde: vt quid diligitis vanitatem, &

quaeritis mendatium?

Scitote quoniam mirificauit dominus sanctum suum: dominus exaudiet me, cum clamauero ad eum.

Iraescimini, & nolite peccare: quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris, compungimini.

Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in domino: multi dicunt, quis ostendit nobis bona?

Signatum est super nos lumen vultus tui domine: dedisti latitiam in corde meo.

A fructu frumenti, vini, & olei fui: multiplicati sunt.

In pace in idipsum: dormiam, & requiescam.

Quoniam tu domine singulariter in spe: constituisti me.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiphona.

Diuina præuentus gratia, prædicationem suam vita integerima, & signorum efficaciam confirmabat.

Antiphona.

Deiecta sunt passim demonum simulacra, & crucis vexillum apparuit.

Psalmus.

Verba mea auribus percipe domine: intellige clamorem meum.

Intende voci orationis meæ: rex meus, & Deus meus.

Quoniam ad te orabo domine: mane exaudies vocem meam.

Mane astabo tibi, & videbo: quoniam non Deus volens iniquitatem tu es!

Neque habitabit iuxta te malignus neque permanebunt iniusti ante oculos tuos.

Odiisti omnes, qui operantur iniquitatem

perdes

pedes omnes, q̄ loquuntur mēdaciū.

Virum sanguinum, & dolosum abominabitur dominus: ego autem in multitudine misericordiæ tuæ.

Introibo in domum tuam: adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

Domine deduc me in iustitia tua propter inimicos meos: dirige in conspectu tuo viam meam.

Quoniam non est in ore eorum veritas: cor eorum vanum est.

Sepulcrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant: iudica illos deus.

Decidant a cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos: quoniam irritauerunt te domine.

Et letentur omnes, qui sperant in te: in aeternum exultabunt, & habitabis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedices iusto.

Domine ut scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiphona.

Deiecta sunt passim dæmonum simulacra, & crucis vexillum apparuit.

Antiphona.

Sicut fortis ad bellum, ita sacerdos festinabat ad martyrium.

Psalmus.

Domine dominus noster: quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra.

Quoniam deuata est magnificentia

tua: super celos.

Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos: ut destruas inimicum & vltorē.

Quoniam videbo celos tuos opera digitorum tuorum: lunam & stellas: quæ tu fundasti.

Quid est homo, quod memores eius aut filius hominis, quoniam visitas eum.

Minuisti eum paulominus ab angelis, gloria & honore coronasti eum: & constituisti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subiecisti sub pedibus eius: oues, & boues vniuersas: insuper, & pecora campi.

Volucres cæli, & pisces maris: qui perambulant semitas maris.

Domine dominus noster: quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiphona.

Sicut fortis ad bellum, ita sacerdos festinabat ad martyrium.

V. Posuisti Domine super caput ei⁹.

R. Coronam de lapide pretioso.

Pater noster. Ipsi⁹ pietas.

Iube dñe. Deus pater Omnipotēs.

Leslio quarta.

Vigilius Romæ claro genere ortus, anno trecentesimo octogesimo tertio vna cum Claudiano, & Magoriano fratribus, & matre Maxentia Tridentum venit: vbi paulo post defuncto Asterio, annos natus viginti propter eximias virtutes ei Episcopus successus est. Quo munere suscepto, primum ciuitatem

errori-

erroribus hæreticorū, qui tunc late vigeabant, assidua verbi Dei prædicatione, & vigilantia purgavit. Deinde in pagos egressus, quorum pars magna adhuc imaginibus deorum sacrificabat, nõ segnius illos quoque docendo, & mouendo adduxit, vt saluta-ri Baptismo expiarentur. Diuina enim præuentus gratia, prædicationem suam vita integerrima, miraculorumq; efficaciam confirmabat. Crucis etenim signaculo, & Christi nomine inuocato: cæcos, ac mutos, & à dæmonibus obsessos continuo liberabat.

R. Vigilij sanctitas, & doctrina sciluxit, vt annos natus viginti ad Episcopatum depõceretur. Propterea Deus posuit super caput eius coronam de lapide pretioso.

V. Pugnavit aduersus gentium, & hæreticorum errores. Propterea. Iube domine. Christus perpetua.

Lectio quinta.

Cum autem in agro quoq; Veronensi, & Brixiano profani adhuc Dæmonum cultus, ad quos eijciendos proprii Episcopi non audebāt egredi, retinerentur: impavidus illic vir sanctus accessit, & prædicationis vi incolas, sancto spiritu cooperante, nefãdos ritus abijcere coegit atq; illic plus triginta fundavit Ecclesias. Ad suos reuersus, secum duxit Sisinium, Martyrium, & Alexandrum, sanctitate, & doctrina præcipuos. Qui ab eo postea ad prædicandum missi, cum plurimos Annaniz populos ad Christi fidem conuertissent, repente ab indigenis compræ-

hensi, & diris modis exercitati, coronam martirij cõsequi meruerunt. Eo Vigilius, nulla interposita mora, cucurrit, vt perditas oves domino quamprimum vel proprio sanguine recuperaret. Neq; ei diuinum auxilium defuit, quandoquidem circumfusus libere increpans, atque ad saniora consilia vehementi oratione instruens, subito ad penitentiam verfos ab immolationibus impijs ad Christiane fidei veritatem perduxit; atq; deiectis passim Dæmonum delubris, crucis vexillum sublime in tota valle apparuit.

R. Beatus Vigilius, ex agris Veronensi, & Brixiano, dæmonum cultus eiecit, plurimafq; illic fundavit Ecclesias.

Et ideo dedit illi Deus claritatem æternam.

V. In valle Ananiz perditas oves domino lucrificavit.

Et ideo dedit illi Deus.

Iube domine. Ignem sui amoris.

Lectio sexta.

Sola restabat Randena valis, quæ reliquo gregi coniungeretur: Ergo sanctus Episcopus, vt ne hanc quoque partem negligeret, illuc celeriter contendit. Cumq; in ripa Sacæ fluminis æreum Saturni simulacrum, quod incolæ prisca superstitione frequentes venerabantur, conspexisset; extulit oculos, & manus in cælum, & dixit. Gratias tibi ago Christe, quod me dignum fecisti, vt hodie quod tamdiu desideravi, tandem inuenirem. Tum, Spiritu sancto repletus, prorupit in medios, & idolum il-

lad

Iud in Christi nomine percussit, mirabiliterque contractum proiecit in profluentem. Cumque, marmorea deinde statuae basi cōscensa, salutiferam prædicationem, feruens spiritu, exorsus fuisset: illi ira inflammati, vndiquæ conuolarunt: & coniecto in eum lapidum imbre densissimo, inuictus martyr inter crepitantes ictus conspersum sanguine vultum in cœlum attollens, ad superna præmia lætus migravit sexto kalen. Iulij, anno ætatis suæ quadragesimo, Episcopus vigesimo. Cuius sanctum corpus, magno populi comitatu, multis cum lacrymis Tridentum delatum, ibi in basilica, a se erecta, honorifice sepultum est.

R. Sanctus Vigilij prorupit in medium, & disiecta diaboli imagine, ad martyrij palmam, quam diu desiderauerat, peruenit. Et voluntate labiorum eius non fraudauit illū deus.

V. Inter crepitantes ictus salutem animarum quæsiuit.

Et voluntate labiorum.

Gloria Patri, & Filio, & c.

Et voluntate labiorum.

In tertio Nocturno, Antiphona.

In catholica fide firmam, & vnanimā ciuitatem exhibui.

Psalmus.

IN domino confido, quomodo dicitis animæ meæ? transmigra in montem sicut passer.

Quoniam ecce peccatores intendunt arcum: parauerunt sagittas suas in pharetra: vt sagittent in obscuro rectos corde.

Queniam quæ perfecisti destruxerūt

iustus autem quid fecit?

Dominus in templo sancto suo: dominus in cœlo sedes eius.

Oculi eius in pauperem respiciunt: palpebræ eius interrogant filios hominum.

Dominus interrogat iustum, & impium: qui autem diligit iniquitatē, odit animam suam.

Pluet super peccatores laqueos: ignis, sulphur, & spiritus procelarū, pars calicis eorum.

Quoniam iustus dominus, & iustitiā dilexit: æquitatem vidit vultus eius, Gloria Patri, & Filio, & c.

Antiphona.

In catholica fide firmam, & vnanimam ciuitatem exhibui.

Antiphona.

Dura agricolarum corda prædicationis virtute ad Christum dominū inflexi.

Psalmus.

Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo?

Qui ingreditur sine macula: & operatur iustitiam.

Qui loquitur veritatem in corde suo qui non egit dolum in lingua sua.

Nec fecit proximo suo malum: & opprobrium non accepit aduersus proximos suos.

Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus: timentes autem dominum glorificat.

Qui iurat proximo suo, & non decipit: qui pecuniam suam non dedit ad vsuram: & munera super innocentem non accepit.

Qui

Qui facit hæc, non commouebitur
in æternum.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiphona.

Dura agricolarum corda prædicationis virtute ad Christum dominum inflexi.

Antiphona.

Pauci temporis ærumnis emi, nūquam destituta, gaudia.

Psalms.

Domine in virtute tua lætabitur rex: & super salutare tuum exultabit vehementer.

Desiderium cordis eius tribuisti ei: & voluntate labiorum eius non fraudasti eum.

Quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. Vitam petiit à te, & tribuisti ei longitudinem dierum in sæculum: & in sæculum sæculi.

Magna est gloria eius in salutari tuo gloria & magnum decorem impones super eum.

Quoniam dabis eum in benedictionem in sæculum sæculi: lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo.

Quoniam rex sperat in dño: & in misericordia altissimi nõ commouebitur. Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inueniat omnes qui te oderunt.

Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui: dñs in ira sua conturbabit eos, & denorabit eos ignis. Fructum eorum de terra perdes: & semen eorum à filijs hominum.

Quoniam declinauerunt in te mala:

cogitauerunt consilia, quæ non poterunt stabilire.

Quoniam pones eos dorsum in reliquijs tuis: præparabis vultu eorum. Exaltare domine in virtute tua: cætabimus, & psallemus virtutes tuas. Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiphona.

Pauci temporis ærumnis emi, nūquam destituta, gaudia.

¶ Magna est gloria eius in salutari tuo
R. Gloriam & magnum decorem impones super eum.

Pater noster.

A vinculis.

Iube domine. Euangelica lectio.

Lectio sancti Euangelij secundum Matth.

Lectio septima.

In illo tempore. Dixit Iesus Discipulis suis: Si quis vult venire post me, abneget semetipsum: & tollat crucem suam, & sequatur me. *Et reliq.*

De Homilia S. Gregorij Papa.

Quia dominus, ac redemptor noster, nouus homo venit in mundum: noua præcepta dedit mundo. Vitæ etenim nostræ veteri, in vitijs enutritæ, contrarietatem opposuit nouitatis suæ. Quid enim vetus, quid carnalis homo nouerat? nisi suam retinere, aliena rapere, si posset, concupiscere, si non posset? Sed cælestis medicus singulis quibusq; vitij obuiantia adhibet medicamenta. Nam, sicut arte medicinæ calida frigidis, frigida calidis curantur: ita Dominus noster contraria opposuit medicamenta peccatis: vt lubricis continentiam, tenacibus largiratem, iracundis mansuetudinem, elatis præciperet humilitatem.

R. Lapi.

R. Lapidum procella petitus, te Deum non negavi. Et in ipso mortis agone Dominum Iesum Christum confessus sum.

V. Ad efferatos accedere non timui. Et in ipso. Iube domine. Cuius festum colimus.

Lectio octava.

Certe cum se sequentibus nova mandata proponeret, dixit: Nisi quis renunciauerit omnibus, quae possidet, non potest meus esse discipulus, ac si aperte dicat. Qui per vitam veterem aliena concupiscitis, per nouae conuersationis studium, & vestra largimini. Quid vero in hac lectione dicat, audiamus. Qui vult venire post me, abneget semetipsum. Ibi dicitur, vt abnegemus nos: & fortasse laboriosum non est homini relinquere sua, sed valde laboriosum est relinquere semetipsum. Minus, quippe est abnegare, quod habet: valde autem multum est, abnegare quod est.

R. Ille est praedicator veritatis acerrimus: qui oves errantes ad fidem reduxit gregem. Beate Vigili, martyr Christi, intercede pro nobis.

V. Ille est, per quem tot populi cognouerunt gratiam Dei. Beate Vigili. Gloria. Beate Vigili.

Iube domine.
Ad societatem.

Lectio nona.

Ad se autem nobis venientibus Dominus praecipit, vt renunciemus nostris: quia, qui ad fidem agonem venimus, lucifera contra

malignos spiritus sumimus. Nihil autem maligni spiritus in hoc mundo proprium possident: nudi ergo cum nudis lucifari debemus. Nam si vestitus quisquam cum nudo luctatur, citius ad terram deijcitur quia habet vnde teneatur. Quid enim sunt terrena omnia? nisi quaedam corporis indumenta? Qui ergo contra diabolum ad certamen properat, vestimenta abijciat, ne succumbat.

Hymnus.

Sancti Ambrosii, & Augustini.

TE Deum laudamus: te dominum confitemur.

Te aeternum patrem: omnis terra veneratur.

Tibi omnes angeli: tibi caeli, & vniuersae potestates.

Tibi Cherubim, & Seraphim: incessabili voce proclamant.

Sanctus. Sanctus. Sanctus: Dominus Deus Sabaoth.

Pleni sunt caeli, & terra: maiestatis gloriae tuae.

Te gloriosus Apostolorum chorus.

Te Prophetarum laudabilis numerus.

Te Martyrum candidatus laudat exercitus.

Te per orbem terrarum sancta confitetur Ecclesia.

Patrem immensae maiestatis.

Venerandum tuum verum & vnicum filium.

Sanctum quoque paraclitum spiritum.

Tu rex gloriae Christe.

Tu patris sempiternus es filius.

Tu ad liberandum suscepturus hominem.

minem: non horuisti, virginis uterum.

Tu deuicto mortis aculeo aperuisti credentibus regna celorum.

Tu ad dexteram dei sedes in gloria patris.

Iudex crederis esse venturus.

Te ergo qua sumus, tuis famulis subueni: quos precioso sanguine redemisti.

Aeterna fac cum sanctis tuis in gloria numerari.

Saluum fac populum tuum domine: & benedic hereditati tuae.

Et rege eos, & extolle illos usque in aeternum.

Per singulos dies benedicimus te.

Et laudamus nomen tuum in saeculum: & in saeculum saeculi.

Dignare domine die isto: sine peccato nos custodire.

Miserere nostri domine: miserere nostri.

Fiat misericordia tua domine super nos: quemadmodum sperauimus in te.

In te domine speraui: non confundar in aeternum.

AD LAUDES.
& per Horas.

Antiphona.

Sanctus Vigilus, vigil sacerdos, dies & noctes ad Christi ouile uigilauit, nec inde lupos expellere cessauit.

Psalmus.

Dominus regnauit, decorem indutus est: indutus est domi-

nus fortitudinem, & praecinxit se. Etenim firmavit orbem terrae: qui non commouebitur.

Parata sedes tua Deus ex tunc: a saeculo tu es.

Eleuauerunt flumina domine: eleuauerunt flumina uocem suam.

Eleuauerunt flumina fluctus suos: a uocibus aquarum multarum.

Mirabiles elationes maris mirabilis in altis dominus.

Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: domum tuam decet sanctitudo domine in longitudine dierum.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiphona.

Sanctus Vigilus, vigil sacerdos, dies, & noctes ad Christi ouile uigilauit, nec inde lupos expellere cessauit.

Antiphona.

Beatus Vigilus confessus est nomen Domini Iesu Christi, & pro illo mori non dubitauit.

Psalmus.

Iubilate Deo omnis terra: seruite domino in letitia.

Introite in conspectu eius: in exultatione.

Scitote, quoniam dominus ipse est Deus: ipse fecit nos, & non ipsi nos.

Populus eius, & oues pascuae eius introite portas eius in confessione: atria eius in hymnis, confitemini illi.

Laudate nomen eius, quoniam suauis est dominus: in aeternum misericordia

cordia

cordia eius: & vsq; in generationē,
& generationem veritas eius.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiphona.

Beatus Vigilus confessus est no-
men Domini Iesu Christi, & pro illo
mori non dubitauit.

Antiphona.

In memoria æterna erit iustus Vi-
gilius, quoniam Dominum fidelis
minister secutus est.

Psalmus.

Deus Deus meus: ad te de luce
vigilo.

Sicut in te anima mea: quam multi-
pliciter tibi caro mea.

In terra deserta, in via, & in aquosa
sic in sancto apparui tibi: vt vide-
rem virtutem tuam, & gloriam tu-
am.

Quoniam melior est misericordia
tua super vitas: labia mea lauda-
bunt te.

Sic benedicam te in vita mea: & in
nomine tuo leuabo manus meas.

Sicut adipe & pinguedine repleatur
anima mea: & labijs exultationis
laudabit os meum.

Sic memor fui tui super stratam me-
um, in matutinis meditabor in te:
quia fuisti adiutor meus.

Et in velamento alarum tuarum
exultabo, adhaesit anima mea post
te: me suscepit dextera tua.

Ipsi vero in vatium quaesierunt ani-
mam meam, introibunt in inferiora
terra: tradentur in manus gladij,

partes vulpium erunt.

Rex vero latebitur in deo, laudabu-
tur omnes qui iurant in eo: quia ob-
structum est os loquentium iniqua.
Deus misereatur nostri, & benedi-
cat nobis: illuminer vultum suum
super nos, & misereatur nostri.

Vt cognoscamus in terra viam tuam,
in omnibus gentibus salutare tuum,
Confiteantur tibi populi Deus: con-
fiteantur tibi populi omnes.

Latentur & exultent gentes, quoni-
am iudicas populos in æquitate: &
gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus, con-
fiteantur tibi populi omnes: terra
dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster,
benedicat nos Deus: & metuant eū
omnes fines terræ.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiphona.

In memoria æterna erit iustus Vi-
gilius, quoniam Dominum fidelis
minister secutus est.

Antiphona.

Honorificauit eum Deus, & col-
locauit eum principibus populi sui.

Psalmus.

Benedicite omnia opera domini
domino: laudate, & super exal-
tate eum in sacula.

Benedicite Angeli domini domino:
benedicite celi domino.

Benedicite aquæ omnes, quæ super
cælos sunt domino: benedicite om-
nes virtutes domini domino.

Benedicite Sol, & Luna, domino:
benedi-

benedicite Stellæ cęli domino .

Benedicite imber , & ros domino :

benedicite omnis spiritus Dei dño.

Benedicite ignis , & æstus domino :

benedicite frigus , & æstas domino .

Benedicite rores , & pruina domino :

benedicite gelu , & frigus domino .

Benedicite glacies , & niues domi-

no : benedicite noctes , & dies dño .

Benedicite lux , & tenebræ domino :

benedicite fulgaras , & nubes dño .

Benedicat terra dominum : laudet ,

& super exaltet eum in sæcula .

Benedicite montes , & colles domi-

no : benedicite vniersa germinãtia

in terra domino .

Benedicite fontes domino : benedi-

cite maria , & flumina domino .

Benedicite cete , & omnia quæ mo-

uentur in aquis domino : benedicite

omnes volucres cęli domino .

Benedicite omnes bestię , & pecora

domino : benedicite filij hominũ dño

Benedicat Israel dominum : laudet ,

& super exaltet eum in sæcula .

Benedicite sacerdotes domini domi-

no : benedicite serui domini dño .

Benedicite spiritus , & animæ iusto-

rum domino : benedicite sancti , &

humiles corde domino .

Benedicite Anania , Azaria , Misael

domino : laudate , & super exaltate

eum in sæcula .

Benedicamus patrem , & filium cum

sancto spiritu : laudemus , & super-

exaltemus eum in sæcula .

Benedictus es domine in firmamen-

to cęli : & laudabilis , & gloriosus ,

& super exaltatus in sæcula .

non dicitur. Gloria .

Antiphona .

Honorificauit eum Deus , & col-
locauit eum principibus populi sui .

Antiphona .

Gratias tibi ago Christe , quia me
dignum fecisti , vt , quod diu deside-
raui , iam inuenirem .

Psalmus .

Laudate dominum de cęlis : lau-
date eum in excelsis .

Laudate eum omnes angeli eius :

laudate eum omnes virtutes eius .

Laudate eum Sol , & Luna : laudate

eum omnes Stelle , & lumen .

Laudate eum cęli celorum : & aquæ

omnes quæ super cęlos sunt , laudent

nomen domini .

Quia ipse dixit , & facta sunt : ipse

mandauit , & creata sunt .

Statuit eam in æternum , & in sæcu-

lum sæculi : præceptum posuit , &

non preteribit .

Laudate dominum de terra : draco-

nes , & omnes abissi .

Ignis , grando nix , glacies , spiri-

tus procellarũ : quæ faciunt verbũ ei .

Montes , & omnes colles : ligna fru-

ctifera , & omnes cedri .

Bestia , & vniersa pecora : serpen-

tes , & volucres pennarũ .

Reges terræ , & omnes populi : prin-

cipes , & omnes iudices terræ .

Iuuenes , & virgines , senes , cum iu-

nioribus laudent nomen domini :

quia exaltatũ est nomen eius solius .

Confessio eius super cęlum , & terrã :

& exaltauit cornu populi sui .

Hymnus omnibus sanctis eius : filijs

Israel , populo aporopinquanti sibi .

Psalms.

CAntate dño canticum nouum :
 laus eius in ecclesia sãctorum .
 Latetur Israel in eo , qui fecit eum :
 & filie Sion exultent in rege suo .
 Laudent nomẽ eius in choro : in tym-
 pano , & psalterio psallant ei .

Quia beneplacitum est domino in
 populo suo : & exaltauit mansuetos
 in salutem .

Exultabunt sancti in gloria : lata-
 buntur in cubilibus suis .

Exultationes Dei in gutture eorum :
 & gladij ancipites in manibus corũ .

Ad faciendam vindictam in nationi-
 bus : increpationes in populis .

Ad alligandos reges eorum in com-
 pendibus : & nobiles eorum in ma-
 nicis ferreis .

Vt faciant in eis iudiciũ conscriptũ :
 gloria hæc est omnibus sanctis eius .

Psalms.

Laudate dñm in sanctis eius : lau-
 date eũ in firmamẽto virtutis ei⁹
 Laudate eum in virtutibus eius : lau-
 date eum secundum multitudinem
 magnitudinis eius .

Laudate eum in sono tubæ : laudate
 eum in psalterio , & cithara .

Laudate eum in tympano , & choro :
 laudate eum in chordis & organo .

Laudate eum in cymbalis benefo-
 nantibus , laudate eum in cymbalis
 iubilationis : omnis spiritus laudet
 dominum .

Gloria Patri , & Filio , &c .

Antiphona .

Gratias tibi ago Christe , quia me
 dignum fecisti , vt quod diu deside-
 nauĩ , iam inuenirem .

Capitulum.

In diebus . *vt supra .*

Hymnus .

Quem tuus digne . *vt ibidem . pag . 5 .*

V . Ora pro nobis beata Vigili .
R . Vt digni efficiamur promissio-
 nibus Christi .

Ad Benedictus . Antiphona .

Solenis nobis illuxit dies , in quo
 facer Antistes , & martyr Vigilius ,
 multis in terris pollens miraculis ,
 angelorum incesis meruit cõsortiũ .

Canticum Zacharia .

Benedictus dominus Deus Israel :
 quia visitaui , & fecit redem-
 ptionem plebis sue .

Et erexit cornu salutis nobis : in do-
 mo Dauid pueri sui .

Sicut locutus est per os sanctorum :
 qui a sæculo sunt prophetarum eius :

Salutem ex inimicis nostris : & de
 manu omnium qui oderunt nos .

Ad faciendam misericordiam cum
 patribus nostris : & memorari testa-
 menti sui sancti .

Iurandũ quod iurauit ad Abrahã
 patrẽ nostrum : daturum se nobis .

Vt sine timore de manu inimicorum
 nostrorum liberati : seruiamus illi .

In sanctitate , & iustitia coram ipso :
 omnibus diebus nostris .

Et tu puer propheta altissimi voca-
 beris : præibis enim ante faciem do-
 mini parare vias eius .

Ad dandã scientiã salutis plebi eius :
 in remissionem peccatorum eorum .

Per viscera misericordie dei nostri :
 in quibus visitaui nos oriẽs ex alto .

Illuminare his , qui in tenebris , &
 umbra mortis sedent : ad dirigendos
 pedes .

pedes nostros in viam pacis.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiphona.

Solenus nobis illuxit dies, in quo
facit Antistes, & martyr Vigilius,
multis in terris pollens miraculis,
angelorum in celis meruit consortiū.

Oratio.

Deus qui hunc diem nobis Beati
Vigilij, martyris tui atque pō-
tūicis sanguine consecrasti: da qua-
sumus, vt eius meritis ab omnibus
semper aduersis defensi, aeternae vite
praemia consequamur. Per dominū
nostrum Iesum Christum filium tu-
um, &c.

A D T E R T I A M.

Antiphona.

Beatus Vigilius.

Capitulum.

In diebus Iulij manauerunt putei
aquarum, & quasi mare, adim-
pleti sunt supra modum.

℞. Deo gratias.

℣. Gloria & honore, Coronasti eū
domine.

℞. Et constituisti eum super opera
manuum tuarum. Coronasti.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Gloria, & honore.

℣. Posuisti domine super caput eius

℞. Coronam de lapide pretioso.

A D S E X T A M.

Antiphona.

In memoria aeterna.

Capitulum.

Cransit gentem suam, & libera-
uit illam a perditione aeterna.

it amplificare ciuitatem, adeptus
est gloriam conuersionis gentis suae.

℞. Posuisti domine, Super caput eius.

℣. Coronam de lapide pretioso.

Super caput.

Gloria Patri. Posuisti.

℣. Magna est gloria eius in salutari
tuo.

℞. Gloriam, & magnum decorem
impones super eum.

A D N O N A M.

Antiphona.

Gratias tibi ago.

Capitulum.

Amplificatus est, quasi stella ma-
tutina in medio nebula, &
quasi luna plena, in diebus suis luxit
& sicut sol, refulsit in templo Dei.

℞. Deo gratias.

℣. Magna est gloria eius.

In salutari tuo.

℞. Gloriam & magnum decorem
impones super eum.

℣. Iustus vt palma florebit.

℞. Sicut cedrus libani multiplica-
bitur.

I N S E C U N D I S V E S P E R I S.

Antiphona.

Sanctus Vigilius, vigil sacerdos,
vt supra. in primis vesp. pag. 3.

Psalmus.

Dixit Dominus. pag. 3.

Confitebor. pag. 3.

Beatus vir, qui timet. Pag. 4.

Laudate pueri. pag. 4.

Antiphona.

Gratias tibi ago Christe: quia me
dignum fecisti: vt quod diu deside-
raui, iam inuenirem.

Psalmus.

Credidi, propter quod locutus sum: ego autē humiliatus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo: omnis homo mendax.

Quid retribuam domino? pro omnibus quæ retribuit mihi.

Calicem salutaris accipiam: & nomen domini in uocabo.

Vota mea Domino reddam, coram omni populo eius: preciosa in conspectu domini, mors sanctorum eius.

O domine, quia ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ.

Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis: & nomen domini inuocabo.

Vota mea domino reddam, in conspectu omnis populi eius: in atrijs domus dñi, in medio tui Ierusalem.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiphona.

Gratias tibi ago Christe: quia me dignum fecisti: vt quod diu desideravi, iam inuenirem.

Cap. Hym. & Vers. vt sup. In primis Vesp. pag. 5.

Ad Magnificat, Antiphona.

Hodie præclarus Christi martyr, & Pontifex Vigilius Ecclesiam suam proprio sanguine decorauit. Hodie in cælum cum angelicis laudibus susceptus coronatus est. Exultemus, & collemur, & gloriosum hunc diem condigno obsequio celebremus, Alleluia, Alleluia, Alleluia.

Oratio.

Deus, qui hunc diem nobis Beati Vigiliij, martyris tui atque

pontificis sanguine consecrasti: da quæsumus, vt eius meritis ab omnibus semper aduersis defensi, æternæ vitæ præmia consequamur. Per dominum nostrum Iesum Christum, &c.

In fra octa. S. Vigiliij fit tantum commemor. de eo, quia fit Officium de sanctis occurrentibus infra octauam.

In die Apostolorum Petri, & Pauli; in primis, & secundis Vesperis nihil fit de octaua S. Vigiliij, sicut nec de octaua sancti Ioannis.

In die octaua S. Vigiliij fit de ea: & omnia dicuntur sicut in die eam commemor. de alijs octa.

In primo nocturno, tres lect. A Mileto. vs supra. pag. 8.

*In secundo Nocturno.**Sermo sancti Augustini Episcopi.**Lectio quarta.*

Triumphalis Beati martyris Vigiliij dies hodie nobis anniuersaria celebritate recurrit: cuius glorificationi sicut congaudet Ecclesia, sic eius proponit sequenda vestigia. Si enim compatimur, & conglorificabimur. In cuius glorioso agone duo nobis præcipue considerata sunt, indurata videlicet tortoris fauitia, & martyris inuicta patientia. Sequitur tortoris, vt eam detestemur: patientia martyris, vt eam imitemur. Audi psalmistam aduersus malignitiam increpantem. Noli emulari in malignantibus quoniam tamquam fenem velociter arescent. Quod autem aduersus malignantes patientia exhibenda sit, audi Apostolum suadetē.

Patic-

Officium proprium

22

Patientia vobis necessaria est, vt re-
porteris, promissiones.

xx. Vigilij sanctitas. pag. 11.

Leſio quinta.

Coronata itaque beati martyris
patientia, mancipata est a ter-
nis cruciatibus tortoris incorrecta
malitia. Hoc attendens in agone
suo gloriosus Christi athleta: non
exhoruit carcerem, ad imitationem
capitis sui tolerauit probra, sustinu-
it irrisiones, flagella non timuit:
& quot ante mortem pro Christo per-
tulit supplicia, tot ei de se obtulit sa-
crificia. Quod enim propinate Apo-
stolo biberat, alte retinebat: Quia
non sunt condignae passionis huius
temporis ad futuram gloriam, quae
reuelabitur in nobis: & quia momē-
taneum hoc, & leue nostrae tribula-
tionis, aeternum gloriae pondus ope-
ratur in caelis. Huius promissionis
amore a terrenis suspensus, & pra-
gustata supernae suauitatis dulcedi-
ne, inefabiliter affectus, dicebat cū
psalmista: Quid mihi est in caelo? &
a te quid volui super terram? Defecit
caro mea, & cor meum, Deus
cordis mei, & pars mea Deus in a-
eternum.

R. Beatus Vigilij. pag. 11.

Leſio sexta.

Contemplabatur enim, quantum
in enigmate infirmitas huma-
na oculum mentis in aeternitate fige-
re potest, quanta sint supernae ciui-
tatis gaudia: & ea narrare non suffi-
ciens, admirando clamabat. Quid
mihi est in caelo? quamsi diceret,
excedit vires meas, excedit faculta-

tem eloquentiae meae, transcendit
capacitatem intelligentiae meae illud
Decus, illa gloria, illa celsitudo,
qua nobis a conturbatione hominum
remotis, in abscondito faciei suae
Iesus Christus dominus noster refor-
mauit corpus humilitatis nostrae,
configuratum corpori claritatis suae.
Huius perfectae libertatis contempla-
tione nullum vitabat periculum,
nullum horrebat suplitium, & si-
millies posset mori, non putabat se
hanc digne posse aliqua ratione pro-
mereri.

xx. Sanctus Vigilij. pag. 12.

In tercio Nocturno,

*Leſio sancti Euangelij secundum Matth:
Leſio septima.*

In illo tempore: dixit Iesus Disci-
pulis suis: Si quis vult venire
post me, abneget semetipsum, &
tollat crucem suam, & sequatur me.
Et reliqua.

De Homilia S. Gregorij Papae.

Qui ergo contra Diabolum ad
certamen properat, vestimē-
ta abijciat, ne succumbat:
nihil in hoc mundo amando possi-
deat: nullas rerum labentium dele-
ctationes requirat: ne, vnde ad vi-
tam tegitur, ad occasum in deteneatur.
Nec tamen sufficit nostra relin-
quere, nisi relinquamus & nos. Quid
est, quod dicimus, relinquamus &
nos? Si enim nosmetipsos relinqui-
mus quo ibimus extra nos? vel quis
est, qui vadit, si se deseruit? Sed ali-
ud sumus per peccatum lapsi, aliud
per naturam conditi: aliud quod fe-
cimus.

cimus, aliud quod facti sumus. Relinquamus nosmetipsos, quales peccando nos fecimus, & maneamus nosmetipsi, quales per gratiam facti sumus.

ꝯ. Lapidum procella.

vt supra. pag. 14.

Lectio octaua.

Ecce enim, qui superbus fuit, si conuersus ad Christum humilis factus est, semetipsum reliquit: Si luxuriosus quisque ad continentiam vitam mutauit, abnegauit utique, quod fuit. Si auarus quisque ambire iam desijt: & largiri didicit propria, qui aliena prius rapiebat, proculdubio semetipsum reliquit. Ipse quidem est per naturam, sed non est ipse per malitiam. Hinc enim scriptum est, verte impios, & non erunt. Conuersi namque impij nō erunt, non quia non erunt omnino in essentia, sed scilicet non erunt in impietatis culpa. Tunc ergo nosmetipsos relinquimus, tunc nos ipsos abnegamus, cū vitamur, quod per vetustatem fuimus, & ad hoc nitimur, ad quod per nouitatem vocamur.

ꝯ. Iste est predicator. pag. 14.

Lectio nona.

Penset us, quomodo se Paulus abnegauerat, qui dicebat, uiuo autem iam non ego: extinctus quippe fuerat sauis ille persecutor, & uiuere ceperat pius predicator.

Si enim ipse esset, pius profecto non esset: sed, qui se uiuere denegat, dicat, vnde est, quod sancta verba per doctrinam veritatis clamat: protinus subdit, uiuit vero in me Christus. Ac si aperte dicat, ego quidem à memetipso extinctus sum, quia carnaliter non uiuo, sed tamen essentialiter mortuus non sum, quia in Christo spiritualiter uiuo. Dicit ergo veritas, Si quis vult venire post me, abneget semetipsum. Quia nisi quis a semetipso deficiat, ad eum, qui super ipsum est, non appropinquat: nec valet apprehendere, quod ultra ipsum est, si nescierit mactare, quod est.

Te Deum laudamus.

vt supra. pag. 14.

Ad Laudes, & per Horas, vt in seculo.

F I N I S.



OFFICIUM
PROPRIVM
S. SIMONIS INNOCENTIS
ET MARTYRIS TRIDENTINI,

Per totam Diœcesim Triden. à Secularibus, &
Regularibus Die xxiiij. Martij,
celebrandum.

IVXTA S. D. N. SIXTI PAPÆ QVINTI
DECRETVM.



OFFICIUM


PROPRIVM

S. SIMONIS INNOCENTIS

ET MARTYRIS TRIDINTINI

per quoslibet in diebus &
R. in diebus de xlvij. M. m. lxx.
celebrantur.

IN TA. ED. M. SEXTIPAR. QVINTI
DE GR. T. M.



SIXTVS PAPA V. AD PERPETVAM REI MEMORIAM.



REGNI caelorum, quod Christus Dominus paruulorum esse dixit, claus in beato Petro Apostolo nobis traditas meritis licet imparibus obtinentes libenter Apostolicam nostram benignitatē ad ea concedenda inclinamus per que Dei cultus, fidelium deuotio, ac beatorum Christi martirum veneratio augetur, eorum presertim, qui non solum pro eius gloria vitam cum sanguine profuderunt, sed qui in tenera quoq; atque adeo infantili etate ad eiusdem Crucifixi Domini nostri IESU CHRISTI imaginem, & similitudinem cruciatus acerbissimos pertulerūt. Nuper siquidem dilecti filij Clerus Ciuitatis, & Diocesis Tridentinae memoriam dira mortis recolentes Beati Simonis pueri Tridentini martyris, qui ante vigesimum nonum suae etatis mensem completum à Iudaeis perfidis detestabilem suorum maiorum impietatem in Christi Saluatoris nostri membris imitari volentibus, noctis silentio in eorum synagoga in Dominicae Passionis contemptum abactus, & Crucifixi in morem sublatu carnibus eius forcipe dilaceratis, & creberrimis acubus perfossis, sanguinem suum, atque animam immaculatam emisit, & multis postea claruit miraculis, eius festiuitatem solemnius, ac religiosius celebrari cupientes, proprium Officium tam Missae, quam Horarum, cum Hymnis Antiphonis, Responsorijs, & Lectionibus eidē festiuitati congruentibus sub nostro, & Sedis Apostolicae beneplacito conscribi curauerūt, nobisq; humiliter supplicari fecerunt, quatenus eorum pio desiderio annuentes, Officiū huiusmodi approbare aliasq; desuper opportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur pijs eorum votis ad Dei gloriam benignè annuentes, & humilibus supplicationibus huiusmodi paterne inclinati. Officiū ipsū per venerabilem fratrem nostrum Alphonsū Episcopum Tusculanum Gesualdum, & dilectos filios nostros Nicolaum Sanctae Caeciliae Cremonen. Augustinum Sancti Marci Veronen. Vincentium Sanctae Mariae in via titularum Montis Regalis Presbyteros, ac Fredericum Sanctae Mariae in Dominica Diaconum Borromaeum nuncupatos Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales Congregationi super sacris ritibus, & ceremonijs Ecclesiasticis praepositos, ac per aliquos doctos & peritos viros ad id auctoritate nostra delectos, diligenter recognitum, examinatum, & seruata Breuiarij & Missalis Romani formam emendatum Apostolica auctoritate tenore praesentium admittentes, illudq; recitari permittentes, festiuitatem Beati Simeonis martyris huiusmodi annis singulis perpetuis

tuis futuris temporibus Nono Kalen. Aprilis, quod si infra hebdomadam sanctam
occurerit, prima die post octauam Pasche Resurrectionis Dominica festo duplici non
impedita, sub duplici, & predicto proprio Officio per vniuersas Ciuitatis, & Diocesis
predictarum Ecclesias tam Seculares, quam Regulares pro his qui secundum ritum
Sanctae Romanae Ecclesiae diuinum Officium persoluunt, accomodato solemniter celebra-
ri volumus statuimus, & ordinamus, ipsumq; Officium, vt praefertur, emendatum se-
paratim, & seorsum a dicto Breuiario Romano imprimi, & impressum vulgari, ac in
Ecclesijs, & locis predictis in vsu & consuetudinem l. bere, & licite sine vilo conscientiae
scrupulo intrudoci posse indulgemus, ita vt omnes, & singula vtriusque sexus per-
sonae Ecclesiasticae tam Seculares quam Regulares Officium Beati Simonis huiusmodi in
die illius festiuitatis recitantes debito suo perinde satisfecisse censeantur, ac si Horas
Canonicas, & alia diuina Officia iuxta eiuſdem Breuiary Romani praescriptum reci-
tassent, nec desuper a quoquam ea de causa molestari perturba i, vel inquietari possint.
Non obstantibus Apostolicis, ac in Prouincialibus, & Synodalibus Concilijs editis
specie libus vel generalibus constitutionibus, & ordinationibus, etiamsi celebritas hu-
iusmodi in postremo editis Breuiarijs ac Missalibus reformatis non sit annotata statu-
tis quicq; & consuetudinibus ipsorum ordinum regularium caterisq; contrarijs quibus-
cunq;e. Insuper vt Christianifideles eiuſdem Beati Simonis Martyris venerationis per
exercitium piorum operum vacantes pijs eiuſdem ante thronum Diuinae Maiestatis suf-
fragijs adiuuari, & exinde Deo propitio vitam aeternam facilius consequi mereantur.
De omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri, & Pauli, Apostolorum eius
auctoritate confisi, Omnibus & singulis vtriusque sexus Christianifidelibus vere poenitentibus,
& confessis, ac sacra Communionem refectis, qui in die festiuitatis eiuſdem Beati
Simonis Martyris parochialem Ecclesiam Sancti Petri Tridentini, in qua corpus
eiuſdem Beati Simonis Martyris requiescit a primis vespere vsque ad occasum Solis eiuſ-
dem festiuitatis deuote visitauerint, ac ibidem pro Sanctae Romanae Ecclesiae exaltatio-
ne, Haeresimq; extirpatione, & infidelium conersione, ac Reipublicae Christianae
tranquillitate, vel alias pias preces, pro vt vnicuique suggeret deuotio ad Deum effu-
derint, Plenariam omnium & singulorum peccatorum suorum Indulgentiam, & Re-
missionem concedimus & elargimur. Presbyteris autem, & Clericis caterisq; per-
sonis vtriusq; sexus per Ciuitatem & Diocesim predictam constitutis, qui eadem die
Officium Beati Simonis Martyris recitauerint, vt praefertur, centum dies de mun-
dis eis, vel alias quomodolibet debitis poenitentis misericorditer in Domino relaxamus.
Volumus autem quod praesentium Transumptis etiam impressis manu Notarij publici
subscriptis, & sigillo alicuius personae in dignitate Ecclesiasticae constituta munitis eade
provisis fides vbique adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur si forent exhibitae,
vel essent. Dat. Romae apud Sanctum Petrum sub Anulo Piscatoris, Die viij Junij.
Al. D. LXXXVIII. Pontificatus nostri Anno Quarto.

IN FESTO SANCTI SIMONIS INNOCENTIS,

Et Martyris Tridentini, Duplex.



AD VESPERAS.

Antiphona.

Consilium fecerunt impij Iudei :
vt innocentem puerum rappe-
rent, & occiderent.

Psalmus.

Dixit Dominus. pag. 3.

Antiphona.

Tobias iniquus rapuit beatum Si-
monem : & cum in Sinagogam clam-
deduxit.

Psalmus.

Confitebor. pag. 3.

Antiphona.

Tenentes puerum sœui carnifices:
dicebant adinvicem: perforemus ve-
nas eius, & sanguinẽ eius bibamus..

Psalmus.

Beatus vir, qui timet. Pag. 4.

Antiphona.

Crucifigatur a nobis infans iste:
sicut a patribus nostris crucifixus est.

eius dominus Iesus Christus.

Psalmus.

Laudate pueri. pag. 4.

Antiphona.

In contemptum Iesu, quem ado-
rant Christiani: à planta pedis vsq;
ad verticem non fit in eo sanitas.

Psalmus.

Laudate Dominum. pag. 5.

In secundis Vesperis, loco vltimi dicitur.
Credidi. pag. 20

Capitulum.

Vidi supra montem Syon agnum
stantem, & cum eo centi qua-
draginta quatuor millia habentes
nomẽ eius scriptũ in frontibus suis.

Himnus.

Pver beate patriam

Ingressus aternam, prius

Quam firmiori presseris

Terræ solum vestigio.

Dum tu fimul cum paruulis
 Ab rege caelis impio
 Illic triumphas, iufibus
 Lætis, & agnum circuis.
 Amica verte lumina
 Ad hæc tua incunabula;
 Et nos præcandos fubleua
 Ad te, tuumq; gaudiam.
 Deo patri fit gloria,
 Eiusq; foli filio,
 Cum fpiritu paraclito;
 Et nunc, & in perpetuum. Amen.

¶ Gloria, & honore coronafli cum domine.

℞. Et conftituifli eum fuper opera manuum tuarum.

Ad Magnificat. Antiphona.

Sacram præfentis diei folennitatẽ pia celebremus alaeritate, qua beatus Simon uirginali fulgens aurcola, & martyrj redimitus corona, cęlũ latus afcendit.

Canticum beatę Marię Virginis.

Magnificat. *vt fupra.* pag. 5.

Oratio.

DEus innocentie reftitutor, pro cuius nomine beatus innocens Simon acerbiffimę mortis fupplicio à perfidis Iudæis interemptus eft: præfta nobis quefumus: vt eius intercedentibus meritis, ab huius uitę contagijs impolluti ad caelestem patriam peruenire valeamus. Qui uiuis, & regnas cum Deo patre in unitate fpiritus fancti Deus, &c.

AD MATVTINVM.

Inuitatorium.

CHriftum regem innocentie auctore. Venite adoremus.

Pfalms.

Venite exultemus. pag. 6.

Hymnus.

SCeleftus haurit fanguinem Iudeus integerrimum: Nec guttur obftrictum potest Lenire luctus queftibus. Sed hoftis immaniffimus Tibi nequiuit tam pio Prodeffe corde, quam fera Crudelitate profuit.

Tu nempe mundi lachrimis Præceptus emifli bona Immensa paruo impendio Onofque Simon adiua.

Laus, & perennis gloria Deo patri, & filio Sancto fimul paraclito; In fæculorum fæcula. ℞. Amen.

In primo nocturno. Antiphona.

Novit Dominus viam iuftorum, & iter impiorum peribit.

Pfalms.

Beatus vir, qui non abiit.

vt fupra. pag. 6.

Antiphona.

Cum venerunt impij Iudęi in vnũ, aduerfus dñũ, & aduerfus puerũ eius.

Pfalms.

Quare fremuerunt pag. 7.

Antiphona.

Dixerunt perfidi Iudæi, non eft falus ipfi in Deo eius.

Pfalms.

Dñe quid multiplicati funt. pag. 7.

¶ Gloria, & honore coronafli eum domine.

℞. Et conftituifli eum fuper opera manuum tuarum.

Pater

Pater noster.

Exaudi domine.

Iube domine.

Benedictione perpetua.

De libro Apocalypsis beati Ioan. Apost.

Leſſio prima.



ET vidi, & ecce Agnus stabat supra montem Syon, & cum eo centū quadraginta quatuor millia habentes nomen eius, & nomē patris eius scriptum in frontibus suis. Et audiui vocem de celo tamquā vocem aquarum multarum, & tanquam vocem tonitruū magni: & vocem quam audiui, sicut cithareodorum citharizantium in citharis suis. Et cantabant quasi canticum nouū ante sedem, & ante quatuor animalia, & seniores. Et nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quatuor millia: qui empti sunt de terra. Hi sunt qui cum mulieribus nō sunt coinquinati. Virgines enim sunt. Hi sequuntur agnum quocūque ierit. Hi empti sunt ex hominibus primitiā Deo, & Agno: & in ore eorum non est inuentum mendacium. Sine macula enim sunt ante thronū Dei. **R.** Beati Simonis martyrium hodie celebremus: quem puerum à Iudeis crudeliter mactatum. Tanquā gratissimum sacrificium angeli Domino presentarunt. **V.** Odonatus est Dominus odorem suauitatis, cui benedixit in aeternū. Tamquam. Iube domine. Unigenitus.

Leſſio Secunda.

ET vidi alterum Angelum volantem per medium celi, habentē Euangelium æternum: vt euangelizaret sedentibus super terram, & super omniem gentem, & tribum, & linguam, & populum, dicens magna voce: timete dominum, & date illi honorem: quia venit hora Iudicij eius, & adorare eum, qui fecit celsi, & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt, & fontes aquarum. Et alius Angelus secutus est dicens: Cecidit, cecidit Babilon illa magna, quæ à vino iræ fornicationis suæ, potauit omnes gentes.

R. Dixerunt impij Iudæi in contumeliam Iesu, quem christiani Deum colunt huius Pueri, sanguinem exauriamus. Sed tu Domine ne obliuiscaris voces inimicorum tuorum.

V. Superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper. Sed tu.

Iube domine. Spiritus sancti.

Leſſio tertia.

ET tertius Angelus secutus est illos dicens voce magna. Si quis adorauerit bestiam, & imaginem eius: & acceperit characterem in fronte sua, aut in manu sua: hic bibet de vino iræ Dei, quod mustum est mero in calice iræ ipsius. Et cruciabitur igne, & sulphure in conspectu angelorum sanctorum: & ante conspectum Agni Et fumus tormentorū eorum ascendet in sæcula sæculorū. Nec habent requiem die ac nocte, qui adorauerunt bestiam, & imaginem eius: & si quis acceperit characterem nominis eius. **Hic patientia san-**

sanctorum est, qui custodiunt mandata Dei, & fidem Iesu.

R. Viri impij dixerunt opprimamus puerum iustum iniuste, & deglutiamus eum tanquam infernus viuum. Ipsi enim homicide thesaurizauerunt sibi mala.

V. Hæc cogitauerunt, & errauerunt, & excecauit illos malitia eorum. Ipsi. Gloria Patri, & Filio, &c. Ipsi.

In secundo nocturno. *Antiphona.*
Mirificauit dominus sanctum suum,
& constituit eum in pace.

Psalmus.

Cum inuocarem. pag. 9.

Antiphona.

Intellige clamorem meum Domine: quoniam ad te clamaui.

Psalmus.

Verba mea auribus. pag. 9.

Antiphona.

Ex ore infantium, & lactentium, perfecisti laudem tuam Deus.

Psalmus.

Domine dominus noster. pag. 10.

V. Posuisti domine super caput eius.

R. Coronam de lapide pretioso.

Pater noster.

Ipsius pias. Iube domine.

Deus pater.

Leslio quarta.

Simen Tridenti pijs parentibus natus cum menses viginti noue ætatis sue nondum expleset: à Tobia hebræo pecunia ab alijs iudæis corrupto in foribus paternis clam furripitur. Decreuerant namque illi aduersitate eorum paschate, puerum aliquum christianum occidere: vt *et iussu quorundam* quod Deo gratis-

mum fore existimabat) in azimis miscerent. Abreptus igitur domum Samuelis, quo plurimi iudæi conue-nerant, ducitur. Inde noctis silentio in Sinagogam fertur: ibi ei vestes detrahunt fauces, eiulantis linea vitæ obstruunt. Mox illum distractis hinc inde brachijs, instar crucifixi sustinentes: in tenerum corpus, cuius aspectu mitescere potuissent, vel famelici lupi in audita seuitia grafsantur.

R. De sinu parentum raptus beatus Simon crudelem in modum tamquã agnus à lupis occisus est, & in domini nostri agni immaculati libertatẽ translatus. Inter sanctos suam fortem adeptus est.

V. Non priuabit bonis eos Dominus qui ambulant in innocentia.

Inter. Iube domine, Christus perpetue.

Leslio quinta.

VNus autem ex eis truci vultu cultro (qui & cruentatus in hunc vsque diem ostenditur) summum puerilis virgæ abscidit, alter forcipe frustum carnis è maxilla abstraxit: tantundem alius de pulpa crudeliter decerpfit. Interim stilantem è plagis sanguinem, subiecta pelui in abominandos vsus, excipiunt. Adderat, & qui, ne suffocatus infans breuius torqueretur: neue vox altior erumperet, lintecoli nodum modo laxaret, modo restringeret. Neque tali laniena exaturati, creberrimis acibus omnes undiq; semi mortua membra certatim perfodiunt. Clamabantq; se in Iesu contumeliam

meliam, quem Christiani pro Deo colunt, id facere: vt quo pacto eorum patres cruci Iesum affixerunt, eo ipsi in puerum descruant. Gaudent inmanissima feræ riuulos inuisi sanguinis toto corpore scaturientes, aspicere: & commaculati miserabili aspersione gestiunt, donec ille sic per horam excruciatu inter cruentos carnifices animam Deo tradidit, Decimo Calendis Aprilis, Anno Domini Millesimo Quadragesimo septuagesimo quinto.

℞. Dilaniatus forcipibus beatus Simon, & acubus circumquaque per fossus, innocentissimam animam in Dei manus commendauit. Et æternam gloriam ingressus est.

℣. Consumatus in breui, expleuit tempora multa, placita enim erat Deo anima eius. Et æternam. Iube domine. Ignem sui.

Lectio sexta.

Cum autem impij homines sese suspectos populi quærimonijs intellexissent: pauidi corpus ex animæ suis vestibus in uoluunt: atque in riuum subterfluentem proijciunt: Mox Ioanni Episcopo denunciant: ipsum corpus aquis deuectum cratis obiectu apud se hæsisse. Quare illic mittitur urbis prator, qui eo inspecto, quod adhuc integrum triduo permanerat, is enim erat Dominica: Resurrectionis dies, illos ratus scelus id perpetrasse, conijcit in uincula, tormentis afficit, & denique confessos penes iustissimis damnat. De in publico decreto impia genti Ciuitate, atq; agro Tridentino in-

terdicitur. Corpusculum uero innocentis pueri magno populi concursu in Ecclesia Sancti Petri conditum est. Quem miraculis clarum non solum Tridentini, sed etiam exteri, magna in ueneratione habuerunt.

℞. Compressa infantis uoce ne uagiret, innocens eius sanguis ad te clamavit Domine, quem breuis horæ spatium tormentis erutum, sempiternis gaudijs perire uoluisti. Impios autem tortores merita morte dånatos æterna caligine circundari iussisti.

℣. Duo hæc audiui, quia potestas tibi est Domine, & misericordia: quia tu reddes unicuique secundum opera sua. Impios.

Gloria Patri, & Filio, &c. Impios.

In tertio Nocturno, Antiphona.

Parauerunt impij Iudæi forcipes, ut dilaniarent in obscuro innocentem puerum.

Psalmus.

In Domino confido. pag. 12.

Antiphona.

Innocens Simon, & sine macula habitabit in tabernaculo tuo Domine: & requiescet in mote sancto tuo.

Psalmus.

Domine quis habitabit. pag. 12.

Antiphona.

Præuenisti eum Domine in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.

Psalmus.

Domine in uirtute tua. pag. 13.

℣. Magna est gloria eius, in salutari tuo.

℞. Glor.

R. Gloriam, & magnum decorem
impones super eum.

Pater noster. A vinculis.
Iube domine. Evangelicæ.

Lectio sancti Euangelij secundum Matth.

Lectio septima.

In illo tempore, Accesserunt Discipuli ad Iesum, dicentes. Quis putas, maior est in Regno celorum? & aduocans Iesus paruulum, statuit eum in medio eorum. *Et reliqua.*

Homilia sancti Ioannes Chrysostomi.

Curiose, inquit, scrutamini vos, quis vestrum maior sit: & de primatus honore contenditis. Ego autem: si quis humiliorem se ceteris non effecerit: ipse ingressu celesti omnino indignum assero. Recte autem ante oculos ostensione paruuli totam rem posuit, ipso aspectu eos conuertens, ac persuadens: vt absque simulatione aliqua humilitatem amplectantur. Paruuli autem non inuidere, nec inanem expectare gloriam: nec primatus desiderare dignitatem nouerant. Non ergo fortitudine tantum, ac prudentia: sed humilitatis quoque virtute, & simplicitate, nobis opus est: quæ si non ad est, salus nostra certe claudicat.

R. Infans olim puer, & ignotus, nunc inter. Christi martyres ascitus omnia potes in eo qui te glorificauit. Quod miraculorum multitudine vndequaq; coruscantium demonstra. **V.** Id enim quod in presenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis. *Quod.*

Iube domine.

Cuius colimus festum.

Lectio octaua.

Quicumq; susceperit vnum tale paruulum in nomine meo, me suscipit. Non solum inquit magna erit merces vestra, si tales efficiamini: verum etiam si alios propter me honorabitis, propter vestram erga illos honorem regnum vobis retribuetur: quodque omnium extremum est, me ipsum suscipietis: ita vehementer humilitate, & moribus, qui procul ab omni simulatione absint, afficior. Paruos quidem hic simplices homines, atq; humiles: quos multi spernunt, appellauit.

R. Intercede pro tua patria, beate Simon, adiuuent nos tua merita, cuius precibus, & inuocatione multa desperata sanitate facti sunt.

V. Qui nostra sorditate polluimur, & superbia condemnatur, tua innocentia mundemur, & passione liberemur. Cuius.

Iube domine. Ad societatem.

Lectio nona.

Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt: expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in colo eius, & demergatur in profundum maris. Nam quemadmodum qui hos paruulos propter me honorant, cælum possidebunt (inquit) imo vero solo quoque ipso maius aliquid atque præstantius. Sic & qui despiciunt, ac vituperant (hoc enim scandalizare hic significat) maximo plecentur supplicio. Detrimentum autem quod hu-

ius criminis causa homines inuadet:
& acerba supplicia, & ab his que
nobis notissima sunt ꝑ oculis posuit.

Hymnus.

Te Deum laudamus. pag. 15.

A D L A V D E S.

& per Horas.

Antiphona.

Consilium fecerunt impij Iudæi:
vt innocentem puerum raperent, &
occiderent.

Psalmus.

Dominus regnauit. pag. 15.

Antiphona.

Tobias iniquus rapuit beatum Si-
monem, & eum in Sinagoram clam
deduxit.

Psalmus.

Iubilate Deo omnis. pag. 15.

Antiphona.

Tenentes puerum, seui carnifices
dicebant ad inuicem perforemus ve-
nas eius, & sanguinem eius bibam⁹.

Psalmus.

Deus Deus meus. pag. 16.

Antiphona.

Crucifigatur à nobis infans iste,
sicut à Patribus nostris crucifixus est
eius Dominus Iesus Christus.

Psalmus.

Benedicite. pag. 16.

Antiphona.

In contemptum Iesu quem adorāt
Christiani à planta pedis, vsq; ad
verticem, non sit in eo sanitas.

Psalmus.

Laudate dominum de cælis. pag. 17.

Capitulum.

Vidi supra montem Syon. *vt supra in*

Vesp. pag. 27.

Hymnus.

Puer beate. pag. 27.

℣. Iustus vt palma florebit.

℞. Sicut cedrus libani multiplicabitur.

Ad Benedictus. Antiphona.

Extensus in modum crucis beatus
Simon, & diris forcipibus, & acu-
bus toto corpore fauciatus eleuatis
oculis in cælum sanctū emisit spiritū.

Canticum Zacharia.

Benedictus dominus. pag. 18.

Oratio vt supra.

A D T E R T I A M.

Capitulum.

Vidi supra montem Sion agnum
stantem, & cum eo centum qua-
draginta quatuor millia habentes
nomen eius, & nomen patris eius
scriptum in frontibus suis.

℣. Gloria, & honore coronasti eū
domine.

℞. Et constituisti eum super opera
manuum tuarum. Coronasti.

℣. Posuisti domine super caput eius.

℞. Coronam de lapide pretioso.

A D S E X T A M.

Capitulum.

H I sunt qui cum mulieribus non
sunt coinquinati: virgines enī
sunt, & sequuntur agnum quocun-
que ierit.

℣. Posuisti domine super caput eius.

℞. Coronam de lapide pretioso.

Super caput.

℣. Magna est gloria eius in salutari
tuo.

C

℞. Glo-

R. Gloriam, & magnum decorem
imponens fuper eum.

A D N O N A M.

Capitulum.

Hempti funt ex omnibus primi-
tia Deo, & Agno, & in ore,
ipforum non eft inuentum mendaci-
um: fine macula enim funt ante thro-
num Dei.

V. Magna eft gloria eius in falutari
tuo.

R. Gloriam, & magnum decorem
imponens fuper eum.

V. Iuftus vt palma florebit.

g. Sicut cedrus libani multiplicabi-
tur.

A D V E S P E R A S.

*Antiphona, & pfalmi vt fupra in primis
vefperis, pſal. vltimus, Credidi. Capit.*

& Hym. vt fup.

V. Iuftus vt palma florebit.

Ad Magnificat. Antiphona.

Letare ftertilis quæ non paris, erfi-
pe, & clama quæ non parturis, fed
tu magis letare, & mater, letare,
& iubila. Tridentina Ecclefia tanti
filij ditata gloria.

Canticum beatae Mariae Virginis.

Magnificat. pag. 5.

Oratio vt fupra.

*Si hoc feftum transferri contingat poſt
oſt. Paſche Inuitatorio, Antiphonis, ver-
ſibus, Refponſoriis, Lectionum, & breui-
bus addatur. Alleluia, & Pfalmi Noctur-
norum dicuntur ſub prima Antiph. cuius-
que Nocturni, vt in aliis feſtis tempore
Paſchali.*

F I N I S.



OFFICIUM
PROPRIVM
S. MAXENTIAE VIDVÆ
MATRIS SACNTI VIGILII,

Per totam Dicecesim Triden. à Secularibus, &
Regularibus Die xxx. Aprilis,
celebrandum.



TRIDENTI,
Apud Ioan. Mariam de Gelminis.

THE
NEW
SOCIETY
OF
THE
SACRED
WISDOMS



1800

IN F E S T O
S. MAXENTIAE VIDVÆ
MATRIS SANCTI VIGILII,

Quod celebratur Die x x x. Aprilis,
Duplex.



A D V E S P E R A S .

Antiphona.

Dum esset Rex in accubitu suo
nardus mea dedit odorem sua-
ritatis, Alleluia.

Psalms.

Dixit Dominus. pag. 3.

Antiphona.

In odorem vnguentorum tuorum
currimus, adolescentule dilexerunt
te nimis, Alleluia.

Psalms.

Laudate pueri. pag. 4.

Antiphona.

Tam hiems transijt, imber abiit,
& recessit: surge amica mea, & ve-
ni, Alleluia.

Psalms.

Lacetatus sum in his, quæ dicta sūt
mihi: in domum domini ibimus.

Stantes erant pedes nostri: in attrijs
tuis Ierusalem.

Ierusalem quæ ædificatur vt ciuitas:
cuius participatio eius in idipsum.
Illuc enim ascenderūt tribus tribus
domini, testimonium Israel: ad cō-
fitendum nomini domini.

Quia illic sederunt sedes in iudicio:
sedes super domum Dauid.

Rogate quæ ad pacem sunt Ierusalē:
& abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua: & abundan-
tia in turribus tuis.

Propter fratres meos, & proximos
meos, loquebar pacem de te.

Propter domum domini Dei nostri:
quesiui bona tibi.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiphona.

Iam hiems tranfijt, imber abiit,
& recessit: surge amica mea, & ve-
ni. Alleluia.

Antiphona.

Veni electa mea, & ponam in te
thronum meum, Alleluia.

Pfalms.

Nisi dominus ædificauerit domũ:
in vanum laborauerunt, qui
ædificant eam.

Nisi dominus custodierit ciuitatem:
frustra vigilat, qui custodit eam.

Vanum est vobis ante lucem furgere:
furgite post quam federitis, qui mā-
ducatis panem doloris.

Cum dederit dilectis suis somnum:
ecce hæreditas domini, filij merces
fructus ventris.

Sicut fagitta in manu potentis: ita
filij excussorum.

Beatus vir, qui impleuit desiderium
suum ex ipsis: non confundetur cum
loquetur inimicis suis in porta.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiphona.

Veni electa mea, & ponam in te
thronum meum, Alleluia.

Antiphona.

Ista est speciosa inter filias Ierusa-
lem. Alleluia.

Pfalms.

Lauda Ierusalem dominum: lauda
Deum tuum Sion.

Quoniam confortauit seras portarũ
tuarum: benedixit filiis tuis in te.

Qui posuit fines tuos pacem: & adi-
pe frumentificat te.

Qui emittit eloquium suum terra:
velociter currit sermo eius.

Qui dat niuem sicut lanam: nebulæ
sicut cinerem spargit.

Mittit crystallum suam sicut bucel-
las: ante faciem frigoris eius quis
sustinebit?

Emittet verbum suum, & liquefaci-
et ea: flabit spiritus eius, & fluent
aqua.

Qui annunciat verbum suum Iacob:
iustitias, & iudicia sua Israel.

Non fecit taliter omni nationi: & iu-
dicia sua non manifestauit eis.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiphona.

Ista est speciosa inter filias Ierusa-
lem: Alleluia.

Capitulum.

Mulierẽ fortem quis inueniet?
procul, & de vltimis finibus
pretium eius: cõsedit in ea cor viri
sui, & spolijs non indigebit.

Be. Deo gratias.

Hymnus.

Fortem virili pectore
Laudemus omnes feminam,

Quæ sanctitatis gloria

Vbique fulget inclyta.

Hæc Christi amore faucia,

Dum mundi amorem noxium

Horrescit, ad caelestia

Iter peregrit arduum.

Carnem domans ieiunjs,

Dulcique mentem pabulo

Orationis nutriens,

Celi potitur gaudijs.

Rex Christe virtus fortium,

Qui magna solus efficis,

Huius precatu qua sumus,

Audi benignus supplices.

Deo Patri sit gloria,
Eiusque soli Filio,
Cum Spiritu paraclito,
Et nunc & in perpetuum. Amen.

Ÿ. Specie tua, & pulchritudine tua:
Alleluia.

℞. Intende prospere procede, & re-
gna: Alleluia.

Ad Magnificat. Antiphona.

Hæc vidua prudens, sperans in
Deum, orationibus die nocteq; in-
stabat: Alleluia, Alleluia.

Canticum beate Mariae Virginis.
Magnificat. pag. 5.

Oratio.

DEus qui nobis solennem hunc
diem, in honore beate Ma-
xentia celebrandum, concedis: fac
nos pia eius intercessione ita man-
datis tuis inservire, vt post hanc vi-
tam gaudijs tecum perfruamur æter-
nis. Per dominum nostrum.

AD MATVTINVM.

Inuicatorium.

LAudemus Deum nostrum, in cõ-
fessione beate Maxentia: Allel.

Psalmus.

Venite exultemus. pag. 6.

Hymnus.

Huius obtentu deus alme nostris
Parce iã culpis, vitia remittēs:
Quo tibi pur i resonemus alnum
Pectoris hymnum.

Gloria Patri, genitaque proli,
Et tibi compar vtriusque semper
Spiritus alme, Deus vnus, omni
Tempore seclī: Amen.

Ÿ. Specie tua, & pulchritudine tua:
Alleluia.

℞. Intende prospere procede, & re-
gna: Alleluia.

In primo nocturno. Antiphona.

O quam pulchra est casta genera-
tio cum claritate: Alleluia.

Psalmus.

Domine dominus noster, quam
admirabile est nomen tuum in
vniuersa terra.

Quoniam eleuata est magnificentia
tua, super cęlos.

Ex ore infantium, & lactentium per-
fecisti laudem propter inimicos tu-
os: vt destruas inimicum, & vltorē.
Quoniam videbo cęlos tuos, opera
digitorum tuorum: lunam, & stel-
las quæ tu fundasti.

Quid est homo? quod memor es ei?
aut filius hominis, quoniam vīstas
eum?

Minuisti eum paulominus ab ange-
lis, gloria & honore coronasti eum:
& constituisti eum super opera ma-
nuum tuarum.

Omnia subiecisti sub pedibus eius:
oues, & boues vniuersas, in super &
pecora campi.

Volucres cęli, & pisces maris: qui
perambulant semitas maris.

Domine Dominus noster: quam
admirabile est nomen tuum in vni-
uersa terra.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Psalmus.

Caeli enarrant gloriam Dei: &
opera manuum eius annunciat
firmamentum.

Dies drei eructat verbum: & nox no-
cti indicat scientiam.

Non sunt loquelæ, neque sermones:

C 4 quorum

quorum non audiantur voces eorū.
 In omnem terram exiuit fonus eorū:
 & in fines orbis terræ verba eorum.
 In sole pofuit tabernaculum fuum:
 & ipfe tanquam fponfus procedens
 de thalamo fuo.
 Exultauit vt gigas ad currendam vi-
 am: à fummo cælo egressio eius.
 Et occurfus eius vsque ad fumum
 eius: nec eft qui fe abscondat à ca-
 lore eius.
 Lex domini immaculata conuertens
 animas, testimonium domini fidele:
 fapientiam præftans paruulis.
 Iuftitiæ domini rectæ, latificantes
 corda: præceptum domini lucidum,
 illuminans oculos.
 Timor domini fanctus, permanens
 in feculum sæculi: iudicia domini
 vera, iustificata in femetipfa.
 Defiderabilia super aurum, & lapi-
 dem preciofum multum: & dulciora
 super mel & fauum.
 Etenim feruus tuus custodit ea: in
 custodiendis illis retributio multa.
 Delicta quis intelligit? ab occultis
 meis munda me: & ab alienis parce
 seruo tuo.
 Si mei non fuerint dominati, tunc
 immaculatus ero: & emundabor à
 delicto maximo.
 Et erunt vt complaceat eloquia oris
 mei: & meditatio cordis mei in con-
 fpectu tuo femper.
 Domine adiutor meus: & redemptor
 meus,
 Gloria Patri, & Filio, &c.

Pfalms.

Domini eft terra, & plenitudo
 eius: orbis terrarum, & vni-

uerfi qui habitant in eo.
 Quia ipfe super maria fundauit eum:
 & super flumina præparauit eum.
 Quis ascendet in montem domini?
 aut quis stabit in loco fancto eius?
 Innocens manibus, & mudo corde:
 qui non accepit in vano animam su-
 am, nec iurauit in dolo proximo fuo.
 Hic accipiet benedictionem à do-
 mino: & misericordiam à Deo salu-
 tari fuo.

Hæc eft generatio quærentium eum:
 quærentium faciem Dei Iacob.
 Attolite portas principes vestras: &
 eleuamini portæ æternales, & introi-
 bit rex gloriæ.

Quis eft ille rex gloriæ? dominus for-
 tis & potens, dominus potens in
 prælio.

Attollite portas principes vestras: &
 eleuamini portæ æternales, & introi-
 bit res gloriæ.

Quis eft ille rex gloriæ? dominus vir-
 tutum ipse eft rex gloriæ.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiphona.

O quam pulchra eft cafta genera-
 tio cum claritate: Alleluia.

¶. Spes tua, & pulchritudine tua:
 Alleluia.

℞. Intende prospere procede, & re-
 gna: Alleluia.

Pater noster.

Exaudi domine.

Iube domine.

Benedictione.

De parabola Salomonis.

Lectio prima



MULIEREM fortē quis inueniet? procul, & de vltimis finibus preciū eius. Confidit in ea cor viri sui, & spolijs non indigebit. Reddet ei bonum, & non malum omnibus diebus vitæ suæ. Quæ fuit lanā, & linum, & operata est consilio manuum suarum. Facta est quasi nauis institoris, de longe portans panem suum. De nocte surrexit, deditque predam domesticis suis, & cibaria ancillis suis. Considerauit agrum, & emit eum de fructu manuum suarum plantauit vineam. Accinxit fortitudinem lumbos suos, & roborauit brachium suum.

R. Diffusa est gratia in labijs tuis. Propterea bedixit te deus in æternū. Alleluia Alleluia.

V. Specie tua, & pulchritudine tua, intende prospere procede, & regna. Propterea benedixit.

Iube domine. Vnigenitus.

Lectio Secunda.

GUSTAUIT, & vidit, quoniam bona est negotiatio eius: non extinguetur in nocte lucerna eius. Manum suam misit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fusum. Manū suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem. Non timebit domui suæ à frigoribus niuis, omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus. Stragulatam vestem fecit sibi, byssus, & purpura indumentum

eius. Nobilis in portis vir eius, quādo federit cum senatoribus terræ. Sindonem fecit & vendidit, & cingulum tradidit Cananzo.

R. Specie tua, & pulchritudine tua: Intende prospere, procede, & regna. Alleluia, Alleluia.

V. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in æternū. Intende.

Iube domine. Spiritus sancti.

Lectio tertia.

FORTITUDO, & decor indumentum eius, & ridebit in die nouissimo. Os suum aperuit sapientiæ, & lex clementiæ in lingua eius. Considerauit semitas domus suæ, & panē ociosa non comedit. Surrexerunt filij eius, & beatissimam prædicauerunt: vir eius, & laudauit eam. Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu super gressa es vniuersas. Fallax gratia & vana est pulchritudo, mulier timens dominum ipsa laudabitur. Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opera eius.

R. Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam: Et deducet te mirabiliter dextera tua: Alleluia, Alleluia.

V. Specie tua, & pulchritudine tua, intende prospere, procede, & regna. Et deducet.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Et deducet te.

In secundo Nocturno. Antiphona.

Specie tua, & pulchritudine tua, intende prospere, procede, & regna: Alleluia.

Psalmus.

ERUCTAUIT cor meum verbum bonum : dico ego opera mea regi. Lingua mea clamus scribæ : velociter scribentis.

Spetiosus forma præ filijs hominum, diffusa est gratia in labijs tuis : propterea benedixit te Deus in æternū.

Accingere gladio tuo : super femur tuum potentissime.

Specie tua, & pulchritudine tua : intende, prospere procede, & regna. Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam : & deducet te mirabiliter dextera tua.

Sagittæ tuæ acutæ : populi sub te cadent in corda inimicorum regis.

Sedes tua Deus in sæculum sæculi : virga directionis virga regni tui.

Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem : propterea vixit te Deus Deus tuus, oleo lætitiæ præ confortibus tuis.

Myrrha, & gutta, & castia à vestimentis tuis, à domibus eburneis : ex quibus delectauerunt te filiæ regum in honore tuo.

Astitit regina à dextris tuis, in vestitu deaurato : circumdata varietate.

Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam : & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui.

Et concupiscet rex decorem tuum : quoniam ipse est dominus deus tuus, & adorabunt eum.

Et filiæ Tyri in muneribus : vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis.

Omnis gloria eius filiæ regis ab intus : in fimbrijs aureis : circummami-

ta varietatibus.

Adducentur regi virginæ post eam : proximæ eius afferentur tibi.

Afferentur in lætitiâ, & exultatione : adducentur in templum regis.

Pro patribus tuis nati sunt tibi filij : constitues eos principes super omnem terram.

Memores erunt nominis tui domine : in omni generatione, & generationem.

Propterea populi confitebuntur tibi in æternum : & in sæculum sæculi.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Psalmus.

DEUS noster, refugium, & virtus : adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis.

Propterea non timebimus dum turbabitur terra : & transferentur montes in cor maris.

Sonuerunt, & turbatæ sunt aquæ eorum : conturbati sunt montes in fortitudine eius.

Fluminis impetus lætificat ciuitatē Dei : sanctificauit tabernaculum suum altissimus.

Deus in medio eius non commouebitur : adiuuabit eam deus mane diluculo.

Conturbatæ sunt gentes, & inclinata sunt regna : dedit vocem suam, & mota est terra.

Dominus virtutum nobiscum : susceptor noster Deus Iacob.

Venite, & videte opera domini, quæ posuit prodigia super terram : auferens bella vsq; ad finem terræ.

Arcum conteret, & confringet arma : & scuta comburet igni.

Vacate, & videte, quoniam ego sum
deus: exaltabor in gentibus, & exal-
tabor in terra

Dominus virtutum nobiscum: susce-
ptor noster Deus Iacob.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Psalms.

Magnus dominus, & laudabilis
nimis: in ciuitate Dei nostri,
in monte sancto eius.

Fundatur exultatione vniuersæ ter-
ræ: mons Sion, latera Aquilonis,
ciuitas regis magni.

Deus in domibus eius cognoscetur:
cum suscipiet eam.

Quoniam ecce reges terræ congregati
sunt: conuenerunt in vnum.

Ipsi videntes, sic admirati sunt: cō-
turbati sunt, commoti sunt, tremor
apprehendit eos.

Ibi dolores vt parturientis: in spiri-
tu vehemēti, cōteres naues Tharsis.
Sicut audiimus, sic vidimus in ciui-
tate domini virtutum, in ciuitate
Dei nostri: Deus fundauit eam in
æternum.

Suscepimus Deus misericordiam tu-
am: in medio templi tui.

Secundum nomen tuum Deus, sic &
laus tua in fines terræ: iustitia plena
est dextera tua.

Lætetur mons Sion, & exultent filie
Iudæ: propter iudicia tua domine.

Circundate Sion, & complectimini
eam: narrate in turribus eius.

Ponite corda vestra in virtute eius:
& distribuite domos eius, vt enarretis
in progenie altera.

Quoniam hic est Deus Deus noster
in æternum, & in sæculum sæculi:

ipse reget nos in sæcula.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiphona.

Spesie tua, & pulchritudine tua,
intende prospere procede, & regna.
Alleluia.

¶. Adiuuabit eam Deus vultu suo.
Alleluia.

℞. Deus in medio eius nō commo-
uebitur. Alleluia.

Pater noster.

Ipsius pietas. Iube domine.

Deus pater omnipotens.

Lectio quarta.

VT Beatus Vigilius gubernaculū
Tridentinæ Ecclesiæ suscepit,
Maxentia quo minore impedimento
seruire posset Deo, secesit in pagū,
cui Mariano nomen est, non longe à
lacu Toblino situm. Ibi sancta mul-
lier constructa sibi domo, reliquiam
vitæ tempus ieiunij, orationibus,
atque operibus misericordiæ cun-
traduxisset, præter hæc, clara etiam
miraculis, pridie kal. Maij ad cœle-
stem patriam vocata est. Quo in lo-
co fideles cōdito sancto corpore, fa-
cellum desuper extruxere, quod ad-
huc seruat illius nomen. Sed Tridē-
tum postea sanctæ reliquiæ ab Alti-
mano Episcopo transfata sunt, & in
basilica Sancti Vigiliij reconditæ.

℞. Dilexisti iustitiam, & odisti ini-
quitatem. Propterea vixit te Deus
Deus tuus oleo lætitiæ. Alleluia,
Alleluia.

¶. Propter veritatem, & mansuetu-
dinem, & iustitiā. Propterea vixit.
Iube domine. Christus perpetuz.

Leſtio quinta.

IAm quæ fatis lingua, aut pagina prudentiam, ſanctitatem, fortitudinem Maxentiæ explicabit? Illa quidem Romano genere, clara, proprio partu clarior, ſed virtutibus clariffima eſt. Viri deſtituta præſidio, domû ſenili grauitate rexit: Viduitatem pertinaci caſtitate propoſito exegit. Natorum optimam indolem in timore Dei, & chriſtiana pietate edicauit. Iidem vt inſtruerentur diſciplinis honeſtis, curauit diligentiffime.

R. Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo. Mulier timeas Deum, ipſa laudabitur: Alleluia, Alleluia.

V. Date ei de fructu manuum ſuarum, & laudent eam in portis opera eius. Mulier.

Iube domine. Ignem ſui amoris.

Leſtio ſexta.

Non illam ſexus imbecillitas, nõ dulcedo patriæ, non longinquitas viarum detinuit: quominus chariſſimos filios, ad propagandum Chriſti fidem proficiſcentes, Tridētiâs uſq; in Alpes ſequeretur. Denique in omni aſtione ſua nihil aliud ſtudit, niſi vt Chriſto domino, quem tota mente acceperat, vnice placeret: qui nunc ſideli ſponſæ retribuit coronam, quam præparauit in æternum.

R. Veni electa mea, & ponam in te thronum meum: Quia concupiuit rex ſpeciem tuam, Alleluia, Alleluia.

V. Specie tua; & pulchritudine tua, intende proſpere, procede, & regna. Quia concupiuit.

Gloria. Quia concupiuit.

In tertio Noſturno, Antiphona.

Nigra ſum ſed formoſa, filia Ieruſalem: ideo dilexit me Rex, & introduxit me in cubiculum ſuum: Alleluia.

Pſalmus.

Cantate domino canticum nouum: cantate domino omnis terra.

Cantate domino, & benedicite nomini eius: annunciate de die in diem ſalutare eius.

Annunciate inter gentes gloriã eius in omnibus populis mirabilia eius.

Quoniam magnus dominus, & laudabilis nimis: terribilis eſt ſuper omnes Deos.

Quoniam omnes dij gentium demonia: dominus autem cęlos fecit.

Confefſio, & pulchritudo in conſpectu eius: ſanctimonia, & magnificentia in ſanctificatione eius.

Aſſerte domino patriæ gentium: aſſerte domino gloriã, & honorem: aſſerte domino gloriã nomini eius.

Tollite hoſtias, & introite in atria eius: adorate dominum in atrio ſancto eius.

Cômoueat à facie eius vniuerſa terra: dicite in gentibus quia dominus regnauit.

Etenim correxit orbem terræ, qui non commouebitur: iudicabit populos in æquitate.

Extentur cęli, & exulter terra, commoueat mare, & plenitudo eius: gaudebunt campi, & omnia quæ in eis ſunt.

Tunc exultabunt omnia ligna ſylvarum.

uarum à facie domini, quia venit :
 quoniam venit iudicare terram.
 Iudicabit orbem terræ in æquitate :
 & populos in veritate sua.
 Gloria Patri, & Filio, &c.

Psalmus.

Dominus regnauit, exultet ter-
 ra: lætentur insulæ multæ.
 Nubes, & caligo in circuitu eius :
 iustitia, & iudicium correctio sedis
 eius.
 Ignis ante ipsum præcedet : & inflā-
 mabit in circuitu inimicos eius.
 Alluxerunt fulgura eius orbi terræ :
 vidit, & commota est terra.
 Montes sicut cera fluxerunt à facie
 domini : à facie domini omnis terra.
 Annunciauerunt cæli iustitiam eius :
 & viderūt omnes populi gloriā eius.
 Confundantur omnes, qui adorant
 sculptilia : & qui gloriantur in simu-
 lacris suis.
 Adorate eum omnes angeli eius: au-
 diuit, & lætata est Sion.
 Et exultauerunt filia: Iudæ: propter
 iudicia tua domine.

Quoniam tu dominus altissimus su-
 per omnem terram: nimis exaltatus
 es super omnes deos.
 Qui diligitis dominum, odite malū:
 custodit dominus animas sanctorum
 suorum, de manu peccatoris libera-
 bit eos.
 Lux orta est iusto: & rectis corde læ-
 titia.
 Latantini iusti in domino: & confi-
 temini memorię sanctificationis ei⁹.
 Gloria Patri, & Filio, &c.

Psalmus.

Cantate domino canticum nouū:
 quia mirabilia fecit.
 Saluauit sibi dextera eius: & brachiū
 sanctum eius.
 Notum fecit dominus salutare suū :
 in conspectu gentium reuelauit iu-
 stitiam suam.
 Recordatus est misericordiæ suæ : &
 veritatis suæ domui Israel.
 Viderunt omnes termini terræ: salu-
 tare Dei nostri.
 Iubilare deo omnis terra: cantate &
 exultate, & psallite.
 Psallite domino in citara, in citara,
 & voce psalmi: in tubis ductilibus,
 & voce tubæ cornæ.
 Iubilare in conspectu regis domini :
 moueatur mare, & plenitudo eius,
 orbis terrarū, & qui habitant in eo.
 Flumina plaudent manu, simul mō-
 tes exultabunt à conspectu domini :
 quoniam venit iudicare terram.
 Iudicabit orbem terrarū in iustitia :
 & populos in æquitate.
 Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiphona.

Nigra sum sed formosa, filia Ieru-
 salem: ideo dilexit me Rex, & intro-
 duxit me in cubiculum suum :
 Alleluia.
 V. Elegit eam Deus, & prælegit
 eam: Alleluia.
 R. Intabernaculo suo habitare fa-
 cit eam: Alleluia.
 Pater noster.
 A vinculis.
 Iube domine.
 Euangelica.

Lectio sancti Evangelij secundum Matth.

Lectio septima.

In illo tempore : dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnum celorum thesauro abscondito, in agro. & reliqua.

De Homilia S. Gregorij Papa.

Caelorum regnum, Fratres carissimi, idcirco terrenis rebus simile dicitur, ut ex his, quæ animus nouit, furgat ad incognita, quæ nõ nouit : quatenus exemplo visibilium sed ad inuisibilia rapiat, & per ea quæ usu didicit, quasi confricatus incalefeat : ut per hoc quod scit notum diligere, discat, & incognita amare. Ecce enim regnum celorum thesauro in agro abscondito comparatur, quem qui inuenit homo abscondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit vniuersa quæ habet, & emit agrum illum.

R. Pulchra facie, sed pulchrior fide beata es Maxentia respuens mundum lataberis cum angelis. Intercede pro omnibus nobis. Alleluia, Alleluia.
V. Specie tua, & pulchritudine tua, intende prospere, procede, & regna. Intercede pro.

Iube domine. Cuius festum.

Lectio octaua.

Qua in re hoc quoque notandum est, quod inuentus thesaurus absconditur, ut seruetur. Quia studium celestis desiderij à malignis spiritibus custodire nõ sufficit, qui hoc & ab humanis laudibus non abscondit. In præsentem etenim vitam, quasi in via sumus, qua ad patriam pergitur. Maligni autem spiritus iter nõ

strum quasi quidam latrunculi obsident. Depradari ergo desiderat, qui thesaurum publice portat in via. Hoc autem dico, non ut proximi opera nostra bona non videant, cum scriptum sit. Videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in celis est: sed ut per hoc quod agimus laudes exterius non queramus. Sic autem sit opus in publico, quatenus intentio maneat in occulto: ut de bono opere proximis præbeamus exemplum, & tamen per intentionem, qua soli deo placere querimus, semper optemus secretum.

R. Regnum mundi, & omnem ornatum sæculi contempsi propter amorem domini mei Iesu Christi: Quem vidi, quem amavi, in quem credidi, quem dilexi, Alleluia, Alleluia.

V. Eructaui cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi.

Quem vidi.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Quem vidi.

Iube domine. Ad societatem.

Lectio nona.

Thesaurus autem celeste desiderium: ager vero, in quo thesaurus absconditur, disciplina studij celestis. Quem profecto agrum, venditis omnibus comparat, qui voluntatibus carnis renunciatis, cuncta sua terrena desideria, per disciplinæ celestis custodiam calcat: ut nihil iam quod caro blanditur, libeat: nihil quod carnalem vitam trucidat spiritus perhorrescat.

Hymnus.

Te Deum laudamus. pag. 15.

AD LAUDES.

& per Horas.

Antiphona.

Deus esset in rex in accubitu suo,
nardus mea dedit odorem suauita-
tis. Alleluia.

Psalmus.

Dominus regnavit. pag. 15.

Antiphona.

In odorem vnguentorum tuorum
currimus, adolescentule dilexerunt
te nimis, Alleluia.

Psalmus.

Iubilare Deo omnis. pag. 15.

Antiphona.

Iam hiems transijt, imber abiit,
& recessit: surge amica mea, & ve-
ni, Alleluia.

Psalmus.

Deus Deus meus. pag. 16.

Antiphona.

Veni electa mea, & ponam in te
thronum meum, Alleluia.

Psalmus.

Benedicite. pag. 16.

Antiphona.

Ista est speciosa inter filias Ierusa-
lem: Alleluia.

Psalmus.

Laudate dominum de cælis. pag. 17.

Capitulum.

Mulierem fortem pag. 38.

Himnus.

Fortem virili. pag. 38.

¶. Difusa est gratia in labijs tuis:
Alleluia.

¶. Propterea benedixit te Deus in
æternum. Alleluia.

Ad Benedictus. Antiphona.

Condigno honore beata Maxen-
tia venit celebranda, quæ prudenter
domum suam rexit, & filios domi-
no in fide, & charitate eduaavit.
Alleluia.

Canticum Zacharia.

Benedictus dominus. pag. 18.

Oratio.

Deus qui nobis. pag. 39.

AD TERTIAM.

Antiphona.

In odorem.

Capitulum.

Mulierem fortem quis inueniet?
procul, & de vltimis finibus
pretium eius: cõfidit in ea cor viri
sui, & spolijs non indigebit.

¶. Deo gratias.

¶. Specie tua, & pulchritudine tua,
&c. Intende, prospere procede, &
regna. Et pulchri.

¶. Adiuuabit eam Deus vultu suo.

¶. Deus in medio eius non commo-
uebitur.

AD SEXTAM.

Antiphona.

Iam hiems.

Capitulum.

Manum suam aperuit inopi, &
palmas suas extendit ad pau-
perem: non timebit domui suæ a fri-
goribus niuis.

¶. Deo gratias.

¶. Adiuuabit eam Deus vultu suo.

¶. Deus in medio eius non commo-
uebitur. Deus.

¶. Elegit eam Deus, Et prælegit
eam.

¶. In

R. In tabernaculo suo habitare facit eam.

V. Diffusa est gratia in labijs tuis. Alleluia.

g. Propterea benedixit te Deus in aeternum. Alleluia

In secundis Vesperis omnia vt in primis ; sed à Capitulo fit de Apostolis Philippo, & Iacobo, cum commem. S. Maxentia, vt sequitur.

A D N O N A M.

Antiphona.

Ista est speciosa.

Capitulum.

Multa filia congregauerunt diuitias, tu supergressa es vniuersas: Fallax gratia, & vana est pulchritudo. Mulier timeas Dominum ipsa laudabitur.

R. Deo gratias.

g. Elegit eam Deus, Et praelegit eam. Alleluia, Alleluia.

V. In tabernaculo suo habitare facit eam. Alleluia, Alleluia.

Gloria Patri, & Filio, &c. Elegit.

Antiphona.
Maxentia non in delitijs viuere, sed in bonis operibus fidei testimonium habere studens, vera viduitatis praeuit exemplum. Alleluia.

V. Diffusa est gratia in labijs tuis: Alleluia.

R. Propterea benedixit te Deus in aeternum. Alleluia.

Oratio.

Deus qui nobis. pag. 39.

F I N I S.

TRIDENTI,

Apud Ioan. Mariam de Gelminis.

Superiorum permisso.

Anno Domini. M. DC. XIX.



P/26023

25

24 202
202

23

△

BIBLIOTECA
COMUNALE
TRENTO

T

I-op

d

480

3 300
OFFICIUM
PROPRIVM

VIGILII,
IDENTINI,
LIOSISSIMI.

orrente in via bibit: propterea
avit caput.

ia Patri, & Filio, &c.

Antiphona.

anctus Vigilus, vigil sacerdos,
& noctes ad Christi onile vigila
nec inde lupos expellere cessavit

Antiphona.

Beatus Vigilus confessus est no-
domini Iesu Christi: & pro illo
non dubitavit.

Psalmus.

Onfitebor tibi domine in toto
corde meo: in consilio iustoru,
ngregatione.

ena opera domini: exquisita in
nes voluntates eius.

essio, & magnificentia opus eius:
nstitia eius manet i seculu seculi.
noriā fecit mirabilium suoru,
ericors, & miserator dominus:
am dedit timentibus se.

Indicabit in nationibus improbiū memorem erit in seculum testamenti
fueras: conquassabit capita in terra sui: virtutem operum suorum annū-
multorum. ciabit populo suo.

A 2

Vt

